**Ad rationes** Ad primā. omnium cor<sup>m</sup> mundi materie sūt continue et c. nego antecedens. ad probationem dico q̄ licet totalis massa prime materie esset vnum ens cōtinuum omnib<sup>o</sup> formis substantialibus ablatis: ipsa tamen definit esse cōtinua p̄pter positionem formarū substantialiū in ipsa. nam p̄pter illas non omnium in mundo immediatoz vltima sunt vnum. nec est simile de pariete respectu imaginuz depictarū in ipso et materia prima. respectu formarū substantialiū existentū in ipsa q̄ portio materie prime cū sua forma substantiali facit vnum ens q̄d est per se vnum. sic autē nō facit portio parietis cum imagine super eam depicta. s̄ vnum per accidens. **Et** quāntaz est de obiectione posita iuxta primū argumentū dico q̄ licet res mundi inferioris essent continue sicut tamen non sunt: adhuc mundus inferior nō esset cōtinuus mundo superiori: q̄ in mundo superiori nō est materia: sed quando probatur primo auctoritate Aristoteli. primo huius. qui dicit celū dici formam et c. dico q̄ hic nō loquebat ex intentione sed dispensative arguendo ad partem fallam. **Et** ad sc̄dū dico q̄ cōmētatoz in loco p̄allegato accipit celum pro aggregato ex orbe et intelligētia motūte appropriata orbi. et sic celum est cōpositum ex duabus naturis. scilicet ex motore et mobili. cum quo tamen fiat q̄ quelibet dictaz naturarum est substantia simplex. **Ad** tertium vnum numero sunt et c. dico q̄ Aristoteles accipit materiaz impropiet. scilicet pro re pro q̄ terminis supponit. ita q̄ de illis terminis verificat vnum in numero. quoz materia est vna. scilicet qui supponunt pro eadē re. sic enī bene concedimus q̄ for. et homo scribes sunt vnum et in idē numero. **Ad** quartū dico q̄ Aristoteles ibi per materiā mundi intelligit corpora simplicia. scilicet quatuor elementa et celū et nō talem materiā ex qua cuz forma substantiali sibi inherente fit vnum per se. et per formā mundi intēdebat ordinē istoz corporū simplicium vel ipsaz primā causaz. **Ad** quintū dico q̄ Aristoteles hoc intellexit sic q̄ in substantiis nō habentibus materiaz. id est partes quantitativas nō sunt plura individua sub vna specie: ita q̄ capit ibi materiam pro partibus quantitatis: et non capit materiaz pro materia tertio modo dicta. **Sed** notandum q̄ dicta auctoritas sic intellecta non est concedenda. s̄m fidem nostram et veritatem: quia deus posset facere tot angelos quot vellet omnino eiusdem speciei licet non haberent partes quantitativas. **Ad** sextum dico q̄ in celo est bene raritas et densitas. non tamen eiusdem rationis cum raritate et densitate istoz inferiorum: quia corpora ista inferiora dicuntur

rara vel densa ex eo q̄ habent minus vel plus de materia prima sub equali extensione: sed partes celi dicunt rare vel dense. q̄ habent plus vel minus de substantia celesti sub equali extensione. vnde stella habet plus de substantia celesti q̄ vna alia massa celi sibi p̄p̄nqua & equalis que non est stella. & propter hoc dicitur densior. pars autem p̄p̄nquior dicitur rarior. **C**Ad septimum. si celus non haberet materiam esset indivisibile. nego cōsequentiam. q̄ ipsus est substantia divisibilis. & quando dicit cōmentator in de substantia orbis. si non esset dimensio in materia ante formam substantialem ipsa est indivisibilis. dico q̄ illa auctoritas nihil facit ad p̄positum. q̄ ibi loquitur de quarum numero non est celum: & adhuc aliqui q̄stum ad hoc negant cōmentatores. Deinde quando p̄batur q̄ celum habet materiam eiusdem rationis dico q̄ hoc est bene verum si celum haberet materiam p̄pter hoc q̄ nulla materia s̄m se ab alia differt rōne modo celum nō habet materiam sicut dictū est. **C**Ad secundū principale dico. q̄ superficies cōnexa terre & cavata aque non sunt quid vnum per se. quia sunt diversarū specierum. Ad probationes equaliter distāt a centro mundi. nego. q̄ superficies cōcava aque plus distat. vnde imaginor q̄ quelibet dictarū superficierū est divisibilis s̄m p̄funditatem & non indivisibilis sicut alij imaginant. sed statim q̄ imaginabor eas divisibiles s̄m p̄funditatem clarum est q̄ nō equaliter distant a centro mundi. Et quando dicebatur nullum est medium. inter dictas superficies. ergo equaliter distant a medio mundi. cōsequentia nō valet. Ad cōfirmationem dicte superficies sunt equales. nego. & quando dicebatur locus est equalis locato. dico q̄ si illa auctoritas est vera oportet ipsam bene glosare. vnde sciendū. q̄ aliquando locus est minor locato & aliquando maior & aliquando equalis. vnde si capiat vna parva pellicula que circūdat vitellūz omni ipsa est locus ipsius vitelli. & tamē clarū est qd̄ est multo minor q̄ sit illud vitellum qd̄ locat. Similiter ignis ē locus aeris & tamē est multo maior q̄ sit aer. Similiter si caperent due cere equales in quantitate & in pondere & vna earū fiat lata & circūflectatur alteri tunc ipsa sit locus eius et est sibi equalis. sic ergo patet quomodo locus aliquādo est minor. aliquando maior. aliquando equalis locato. Et ideo quando Aristoteles dicit locum esse equalem locato intelligit q̄stum ad cōmentatam. i. q̄stum est locatum tantūz preesse eius locus capit & p̄tinet. **C**Ad tertium principale dico q̄ parmenides & mellissus fuerit illius opinionis ideo negentur. Et h̄ brevier de ista questione.

**C**orum autem cuius bec partes perfectū necesse est esse &c. **T**extu p̄mentū quarti.

**Questio v.**

**Quantum**

p̄positum erat. Utz mundus sit perfectus & arguitur primo q̄ non. q̄ illud nō est perfectum cui potest fieri additio: sed mundo potest fieri additio. ergo &c. maior ē nota. nam Aristo. in littera p̄pter hoc cōcedit lineam circūlarem esse perfectam. quia sibi non potest fieri additio & lineam rectam esse imperfectam: q̄ sibi potest fieri additio. minor p̄z: q̄ per potentiam supernaturalem ultra istum mundum posset fieri de nouo vnus orbis vterior: & per potentiam naturalem potest fieri perfectior: q̄ potest de nouo generari naturaliter aliquis homo ex cuius additione mundus videtur fieri perfectior q̄ erat ante. **C**Secundo mundus multas includit imperfectiones & defectuositates. ergo mundus non est perfectus. cōsequentia tener. nam in mūdo sunt multa monstra & multa sunt mala que sunt quidam defectus: sed hoc videtur mundo imperfectionem arguere. **C**Tertio mundus est perfectior vna vice q̄ alia. ergo aliquando est imperfectus. patet cōsequentia. nam tunc deficit sibi aliqua perfectio quam alias habuit. antecedens p̄z: quia aliquādo sunt plura indiuidua de vna perfecta specie q̄ cōsueverunt eē sicut plures homines vel plures equi: & etiaz aliquando est perfectior cō-

stellatio & aliquando imperfectior. propter quod mundus videtur esse aliquando perfectior. aliquando minus perfectus. **C**Quarto mundus non est ens. ergo non est quid perfectum. cōsequentia tenet. antecedens probatur. quia vel esset substantia vel accidens. nō substantia. quia mundus est quoddā aggregatū ex omnibus substantijs & omnibus accidentibus. tale autem non est substantia solam: etiam tale non est accidens solam.

**O**ppositum vult Aristoteles. **C**In ista questione primo ponaz quasdam distinctiones. scdo p̄clusiones. tertio aliqua dubia.

**P**rima distinctio mundus accipitur quattuor modis. vno modo pro aggregato ex deo & intelligentijs & omnibus alijs rebus. & sic mundus dicitur esse vniuersitas entium. Secundo modo accipitur mundus pro aggregato ex omnibus rebus excepto deo. Tertio modo accipitur mundus pro aggregato ex omnibus exceptis intelligentijs & deo. & sic accipit in tractatu de spera vbi mundus diuidit in mundum superiorem & inferiorem. Quarto modo accipitur mundus pro aggregato ex omnibus infra cōcauum orbis lune. & sic accipitur primo metheroz. vbi dicitur. necesse est mundum istum inferiorem esse cōtinuū id est cōtinuum latioribus superioribus vt ei⁹ tota virtus gubernetur inde. Accipiendo mundum primo modo est perfectior: mundo accepto secūdo modo. & mundus acceptus secūdo modo ē perfectior: mūdo accepto tertio modo. & sic cōsequenter. **C**Secunda distinctio est. perfectus dicitur dupliciter. s. simpliciter & s̄m quid. perfectum simpliciter dicitur de quo hoc nomen perfectum est affirmatiue verificabile sine additamento vt docendo hoc est perfectum. **P**erfectū vero s̄m quid dicitur de quo est verificabile hoc nomen perfectum cum additione sicut dicendo hic est perfectus homo: bunellus est p̄fectus asinus. Ista distinctio patet quinto metaphysice. vbi dicitur q̄ quoddā est perfectū in genere. & quoddam est perfectus extra genus: & per perfectum in genere intelligit perfectus s̄m qd̄: & per perfectum extra genus intelligit perfectum simpliciter. **C**Et est sciendum q̄ ad hoc q̄ aliquid dicatur perfectus simpliciter requiritur q̄ nihil sibi deficiat nec ei potest fieri additio nec aliquid sit perfectius eo. nec possit esse. Ecce quattuor p̄ditiones requisitas ad perfectionem simpliciter. **C**Tertia distinctio. perfectum s̄m quid seu in genere dicitur dupliciter. scilicet quoddam substantiale & quoddam accidentale: substantiale est de quo est verificabile hoc nomen perfectum cum additamento de p̄dicamento substantie. sicut dicendo sor. est perfectus homo. Sed perfectum accidentale dicitur de quo est verificabile hoc nomen perfectum cum additamento de p̄dicamento accidentis vt dicendo. sor. est perfectus lector. mūdos est perfecta magnitudo. Et istud posset subdividi s̄m genera predicamentorum accidentium. **C**Quarta distinctio. q̄ corpus potest dici vnum vel simpliciter vel aggregatione.

**Q**uantum ad scdm sit prima p̄clusio. Accipiendo mundū p̄mo modo mundus est perfectus simpliciter. p̄bat ex qd̄ nominis p̄fecti simpliciter. **C**Confirmat. q̄ sic accipiendo mundū includit deū qui est ens p̄fectum simpliciter. modo totūz nō est minoris p̄fectionis q̄ sua pars. **C**Secda p̄clusio. accipiendo mundū in alijs tribus p̄clusionibus vltimis ipse nō est p̄fectus simpliciter p̄bat. q̄ sic accipiendo aliqd̄ est eo p̄fectus. puta de⁹: s̄ si est p̄fectus simpliciter sic accipiendo mundū nihil deberet esse eo p̄fectus sicut p̄z ex qd̄ nominis p̄fecti simpliciter. **C**Tertia p̄clusio. sic accipiendo mundū. s. scdo tertio & quarto modis mūdos est perfectus s̄m quid. i. mūdos est perfectus mūdos. p̄bat. q̄ nihil debet fieri ei de pertinētibus ad p̄fectiones mundi. hoc p̄bat q̄stus est ex parte corporū simpliciter distinctiorum specie: q̄ non sunt nisi quinqz corpora simplicia specie distincta sicut probatur in tertia questione modo nullus istoz deficit mūdo. **I**stam p̄clusionem Aristoteles p̄ncipaliter intendit in primo tractatu hui⁹. **C**Quarta p̄clusio. mūdos est p̄fecta magnitudo. p̄bat. q̄ est diuisibilis s̄m omnē dimensionem. s. tam s̄m longitudinem q̄ latitudinem q̄ profunditatem & non

sunt plures dimensiones sicut species sicut patet per Aristot. in littera. Quinta conclusio. mundus est corpus unum loquendo de unitate aggregationis et non de unitate dicta simpliciter. probatur illud. quod est perfecta magnitudo hoc est corpus: et hoc unum primo vel secundo modo dictum. sed mundus est magnitudo perfecta per precedentem conclusio nem. ergo et c. maior pars ex eo quod iter omnes magnitudines que sunt linea superficies corpus solum corpus est magnitudo perfecta. nam alie due magnitudines non sunt sicut omne dimensione divisibiles. unde linea solum est divisibilis sicut unam dimensione. scilicet longitudine. superficies solum sicut longitudo et latitudine. corpus vero sicut omnes. scilicet tam latitudinem quam longitudinem quam profunditatem. Et notanter dico in maiore omnis magnitudo perfecta est corpus unum primo vel secundo modo dictum ad denotandum quod sufficit unitas aggregationis. unde mundus non est corpus unum simpliciter sicut est sol. vel plato. sicut probavit quarta ratio: sed bene est corpus unum aggregatione multarum rerum ad invicem.

**Quantum** ad tertium dubitatur. utrum accipiendo mundum primo modo sit perfectior deo. probatur quod sic: quia mundus primo modo acceptus continet perfectiones dei et cum hoc perfectionem multarum aliarum rerum. Secundo dubitatur videtur quod mundus non sit divisibilis sicut omnem dimensionem: quia non est divisibilis sicut in dimensiones illius ligni vel illius lapidis. Tertio dubitatur ex quo mundus est divisibilis sicut omnes dimensiones. penes quam ergo diametrum mundi cum sit sphericum debet capi eius longitudo. et penes quas latitudo: et penes quas profunditas: et illud non solum dubium est de mundo verum etiam de quocumque alio corpore spherico. Ad primum dico. quod accipiendo mundum primo modo non est perfectior deo. et ulterius dico. quod mundus primo modo acceptus non includit ampliores perfectiones quam deus ex eo quod cuiuslibet entis perfectiones includit deus. Ad secundum dico concedendo quod mundus non est divisibilis sicut omnem dimensionem. sicut numerum tamen est bene divisibilis sicut omnes dimensiones. sicut species que non sunt nisi tres. scilicet longitudo latitudo et profunditas. ex eo quod non possunt esse plures linee intersectantes se in aliquo corpore ad angulos rectos et penes unam illarum linearum sic se intersectantur capitur longitudo: et penes aliam latitudo: et penes aliam profunditas. Ad tertium dico quod diameter in corpore spherico mensuras longitudinem potest accipi ad placitum mensurantis ex quo omnes diametri corporis spherici sunt equales: sed sic non est in corpore non spherico. et ideo ibi diameter mensurans longitudinem non accipitur ad placitum mensurantis.

**Ad rationes** ad primas. mundo posset fieri additio dico quod non pertinet ad perfectionem mundi essentialis: et quando dicebat. deus posset apponere unum orbem dicendum est quod non: et hoc propter immutabilitatem voluntatis divine. ita diceret Aristot. sed tamen sicut fidem et rei veritatem concedendum est quod deus valde bene posset facere mundum perfectiorem. imo potest facere unum alium mundum vel duos vel tres vel quot vellet. et quando dicebatur videtur quod per potentias naturalem posset fieri perfectio: sicut aliquis homo de novo generetur dico quod non propter hoc fieret perfectio: perfectio essentialis: sed bene accidentalis. Ad secundam dico quod ex hoc quod in mundo sunt monstra et defectuositates per talia non arguitur mundi imperfectio: sed magis perfectio. unde si omnia in mundo essent eque perfecta non esset tanta pulchritudo mundi sicut modo est: aliquibus existentibus perfectis: aliquibus defectuosis. unde maior pulchritudo et decor omnis est parietes diversis coloribus et imaginibus esse depictos. ut quod hic sit depicta figura leonis hic capre que si omnes parietes consimili colore essent colorati et consimilibus imaginibus depicti. Ad tertiam dico quod est bene perfectio: una vice quam alia perfectione accidentali et non essentiali. Quarta ratio bene probat mundum nihil esse quod sit per se unum cum quo bene stat mundum esse aliquid aggregatione. nec oportet illud aliquid esse substantias vel accidentis: sed bene aggregatum ex substantiis et accidentibus. et sic sit finis.

**Intendendum primo utrum est corpus infinitum et c. Textu predicti trigesimali tertii.**

**Questio VI.**  
**Quaedum** est modo de finitate et infinitate mundi postquam locutum est de perfectione mundi. gratia cuius volo tractare istas questiones. scilicet primo utrum possit esse aliquid corpus infinitum immobile. Secunda questio.

utrum possit esse aliquid corpus infinitum mobile motu circulari. Tertia est. utrum possit esse aliquid corpus infinitum mobile motu recto. Quarta. utrum aliqua magnitudo sine corporea sine incorporea possit esse vel sit infinita. Quinta. utrum si infinitum esset unum eorum posset esse maius alio si essent plura. Sexta. utrum mundus sit magnitudo finita vel infinita.

**De prima** arguitur quod sic. si unum oppositum est in natura et reliquum. sed corpus mobile finitum est in natura et ei opponitur corpus infinitum immobile. ergo et c. Secundo quod extra celum de facto est spacium infinitum immobile: quia aliter non potest imaginari quod sit extra mundum et illud spacium videtur esse corpus cuius sit longum latum et profundum. Tertio infinitum dicitur quod totum occupat: sed tale corpus de facto est. scilicet mundus. et cum hoc ipse est immobilis: quia non videtur ad quam distantiam positionis posset moveri ex quo totum occupat.

**Oppositum** arguitur. omne corpus est naturaliter mobile sicut patet probatur. ideo non est aliquid corpus immobile: et per consequens nec infinitum immobile. Secundo. nam tale corpus esset frustra cum nullam haberet operationem neque motum. Unde primo volo premittere aliqua generalia valentia nobis ad questiones propositas de infinitate. Deinde volo respondere ad questionem primam.

**Quantum** ad primum sciendum est. quod infinitum potest imaginari pluribus modis. uno modo sicut quantitate continua. alio modo sicut quantitate discretam. sicut quantitates discretas potest imaginari vel actualiter separato: ab invicem: vel non actualiter separato: ab invicem: sed separabili. infinitum autem sicut quantitate continua potest imaginari vel extensivum solum vel extensivum et intensivum simul. Deinde infinitum sicut extensionem possumus imaginari vel successivum vel permanentem. Deinde infinitum imaginatum sicut extensionem permanentem possumus imaginari vel sicut unam dimensionem sicut si nos imaginaremur lineam infinitam vel sicut duas sicut si imaginaremur superficiem infinitam. vel sicut tres sicut si imaginaremur corpus infinitum. Deinde infinitum sive sit imaginatum sicut unam dimensionem sive sicut duas sive sicut tres possumus imaginari vel infinitum sicut quolibet eius partem vel infinitum ad unam eius partem et finitum ad aliam. Exemplum primum sicut si imaginaremur aliquam lineam infinitam tam versus orientem quam versus occidentem: vel aliquid corpus infinitum versus omnem distantiam positionis. Exemplum secundum. sicut si nos imaginaremur infinitam lineam versus orientem finitam tamen versus occidentem primum infinitum vocat infinitum simpliciter: secundum autem infinitum secundum quod. Adhuc possumus imaginari infinitum dupliciter. uno modo sine aliqua quantitate. alio modo cum quantitate. ut si imaginaremur unum infinitum circa nos. puta celum ulterius protensus in infinitum. Adhuc ulterius possumus imaginari de infinito secundum longum licet sit finitum secundum latum et profundum. vel quod sit uniformiter latum vel quod sit difformiter latum ita quod una eius portio sit pedalter lata. alia autem subduple latitudinis. et alia subtriplice: et sic ulterius. Secundo sciendum quod licet infinitum potest capi dupliciter. uno modo categorematice. alio modo sine categorematice cum accipit categorematice. equaliter omnino huic res non habet finem. et iuxta tale acceptionem habet neganda. primum est divisibile in infinitum. quia est sensus quod primum est divisibile in re quod non habet finem. modo hoc est falsum. quia quilibet partem in quo primum est divisibile habet finem unde sic accipiendo infinitum dicitur ab in quod est non et finitum. unum infinitum quasi non finitum et sic exponit infinitum categorematice

esse acceptum in continuis. proportionaliter exponitur in numeris. ita quod ille numerus diceretur infinitus qui non habet ultimum nec finem. infiniti sic accepti aliquae sunt proprietates quae sibi conuenirent si esset aliquod tale. prima quod non posset consumi per ablationem finiti quantumcumque multotiens consumam. nec ex quatuordecim numero finitorum resultare posset. Secunda proprietates eius esset quod non posset determinari quantum ipsum esset. quia si quaeretur quantum ipsum est non posset alter responderi nisi quod ipsum est infinitum. et hec non esset responsio propria. propter hoc quod illa repositio non mutaretur posito quod ab eo auferretur tantum quantum est totus mundus. unde tanto ablato adhuc residuum maneret infinitum. ex eo quod infinitum per ablationes finiti non definit esse infinitum. aliter enim per additiones finiti ad finitum fieret infinitus. quod est falsum. Sed infinitus sine categoriamate aliter exponitur in continuis et aliter in discretis unde aliqui in continuis exponunt sic infinitus corpus. id est tantum corpus quin minus. ita quod in continuis exponunt infinitum tantum sine categoriamate per illam orationem non tantum quin minus. sed in discretis exponunt per illam orationem non totum quod plura. Sed illud non videtur valere. nam finem illam expositionem oportet concedere quod infinita pars est in isto corpore pedali: quod non communiter conceditur: licet bene concedatur quod infinite partes sunt in isto corpore pedali. consequentia probatur. quod non tanta pars est in isto corpore pedali quin maior pars sit in eodem. Secundo iuxta eandem expositionem hec esset concedenda. infinitum pondus solis. potest portare: nam ex quo potentia solis non determinatur ad maximum pondus quod solis possit portare: quantum bene ad minimum quod non potest sequitur quod quocumque pondere dato quod solis possit portare adhuc minus potest portare: et sic si in infinitum in continuis dicto modo esset exponendum hec esset concedenda. infinitum pondus solis. potest portare. Nec etiam bene exponunt infinitum sine categoriamate acceptum in discretis ex eo quod expositio debet esse conuertibilis. cum exponitur. sic non est in proposito: quod non sequitur. non totum quin plura sunt. ergo infinita sunt: aliter enim ex negativa sequeretur affirmativa quod est falsum: ex eo quod negativa quantum est ex forma eius nihil ponit. affirmativa autem aliquid ponit. Alii autem exponunt sic. et hoc in discretis. Verbi gratia: infiniti homines currunt. duo homines currunt et tres homines currunt et non totum quin plures: sed in continuis sic. infinitum corpus est corpus pedale est et corpus tripedale est et corpus quadrupedale et sic in infinitum. Sed illud iterum non sufficit. nam posito quod viginti boves traherent nauem unam et triginta unam aliam et quadraginta aliam tertiam et quinquaginta quartam et sic in infinitum: et quod non essent pauciores quam viginti trahentes nauem: hec est concedenda infiniti boves trahunt nauem: et tamen hec est falsa. duo boves trahunt nauem. et similiter hec tres boves trahunt nauem. et sic ulterius usque ad viginti. si posito quod infinita essent corpora quorum unus non esset pars alterius quorum minimum esset decem pedum et aliud viginti pedum et aliud quadraginta. et sic in infinitum ascendendo secundum proportionem duplicatam. si est concedenda. infinitum corpus est. non tamen hec. pedale corpus est et bipedale corpus est et sic ascendendo usque ad decem. Possunt ergo aliter exponere infinitum tantum sine categoriamate in continuis quidem per hanc orationem aliquot et quantumlibet maius: in discretis autem per hanc orationem aliquot et quantumlibet plura. Iuxta istam expositionem infinitum in continuis hoc est falsum. infinitum pondus solis. potest portare. nam ad eam sequitur quod quantumlibet maius ea est in isto corpore pedali. modo hoc est falsum. Iuxta etiam eandem expositionem hec est falsa. infinita pars est in isto corpore pedali. quod ad eam sequitur quod aliquota pars est in isto corpore pedali et quantumlibet maius. Iuxta autem expositionem infinitum sine categoriamate in discretis accepti hec est concedenda. infinite partes sunt in continuo. quod aliquot partes sunt in continuo et quantumlibet plures sunt in eodem. Alteri sciendum quod propositiones in quarum una ly infinitum tenet sine categoriamate et in alia categoriamate. sunt sibi invicem impertinentes ita quod una earum non sequitur ad aliam nec repugnat ei. unde non sequitur

infinitum corpus est. ergo aliquod corpus est infinitum. nam in prima ly corpus fiat confuse tantum. in secunda autem determinate. et in prima ly infinitus accipit sine categoriamate. et in alia categoriamate. Alteri sciendum quod a propositionibus de futuro vel de preterito in quibus ly infinitum est sine categoriamate sumptum ad propositiones de presenti in qua ly infinitum consimili modo tenetur cum ly verum non valet consequentia. unde non sequitur. infinitum corpus fuit hec ergo aliquando fuit vera infinitum corpus est. nec sequitur infinitum corpus erit. ergo hec aliquando erit vera infinitum corpus est. patet in simili. nam licet hec sit vera. infiniti dies fuerant. nunquam tamen hec fuit vera de presenti. infiniti dies sunt. et licet infiniti dies erant nunquam tamen hec erit vera. infiniti dies sunt. ista sicut in generali dicta de infinito valebunt nobis ad sequentia.

**Tunc** sit prima conclusio. nullum corpus infinitum simplex est immobile. probatur quod illa non sunt nisi quinque secundum speciem ex precedentibus. scilicet quatuor elementa et celum. modo quodlibet eorum est mobile. elementa quidem motibus rectis celum autem in motu circulari. tota ratio patet ex prima parte motus. secundo nam sequitur si aliquod corpus naturale simplex esset infinitum quod etiam locus eius naturalis esset infinitus: cum locus debeat esse equalis locato: sed hoc est impossibile. primo quia periret sursum et deorsum. nam in infinito non est medius nec extremum. et tamen sursum et deorsum sunt extrema et medius. Tertio confirmatur secundo. nam non essent amplius diversi motus naturales diversorum simplicium ex eo quod motus simplicium saltem elementorum sunt naturaliter sursum et deorsum. modo tales motus non essent si non esset sursum et deorsum. Tertio confirmatur tertio. quod sequeretur quod lapis vel gleba terre si esset in illo loco infinito vel ubique moueretur vel ubique quiesceret. quod non apparet verum. consequentia patet. quod totus locus corporis naturalis debet esse consimilis. ideo dicitur quarto physico. quod idem est locus totius et partis. Si autem locus infinitus esset totus consimilis nature. non esset ratio quare aliquod corpus positum in eo moueretur magis vel quiesceret magis in una parte quam in alia ideo vel ubique moueretur vel ubique quiesceret. quod erat per absurdum. Tertio arguitur ad conclusionem quod tale corpus infinitum simplex immobile nec haberet locum naturale nec violentum. consequens est falsum ex eo quod omne corpus simplex postquam est mobile naturaliter sicut prius probatum est. habet aliquem locum naturalem ad quem vel in quo est naturaliter mobile. consequentia patet. quod locus est extrinsece continetur ab alio. ergo per impossibile esset tale corpus simplex infinitum contineri ab aliquo loco naturali vel violento. Quarto illud corpus simplex infinitum immobile vel nec esset grave nec leue vel esset grave vel leue. si dicitur primo tunc vel esset celum. et per consequens non immobile. unde videmus celum moueri ab oriente in occidentem. etiam ex alio. nam tunc illud corpus totum occuparet. et sic nullum esset grave nec leue quod est falsum. Si autem dicitur quod illud corpus esset grave. sic nullum esset leue. quod iterum est falsum. si autem esset leue tunc nullum esset grave. quod iterum est falsum. consequentia patet per hoc quod illud corpus totus spacium occuparet et sic non premitteret secus aliquod aliud corpus. Si autem diceretur quod una eius pars esset gravis. et alia leuis hoc non valet. nam tunc illud corpus esset compositum et non simplex nec etiam posset dici. quomodo illud corpus deberet partiri. et quam proportionem haberet pars gravis ad partem leuem vel ad partem que nec est gravis nec leuis. Secunda conclusio. nullum est corpus infinitum compositum ex simplicibus immobile. probatur. nam omne corpus compositum seu mixtum ex simplicibus est mobile motu vel eorum cuius vel quorum quantitates motiue dominant in ipso sicut ostensum est in prima parte huius. ergo nullum tale est immobile. nec etiam aliquod tale est infinitum. quia vel est compositum ex corporibus simplicibus infinitis secundum multitudinem vel finitis. si infinitis tunc alicuius rei naturalis essent principia infinita. quod improbatum est primo physico: per Aristotelem contra anaxagoram. Tertio confirmatur. quia sicut illa simplicia essent diversorum naturarum sic eorum loci



ea naturalia etiam essent infinita. modo non est possibile loca sic esse infinita cum in motus naturales simplices sint finiti. quia tres ut dicebat in prima parte huius. etiam si essent loca infinita non esset inter ea locus medius. nec etiam tunc esset locus extremus. et sic non esset sursum nec deorsum sicut prius arguebat. nec potest dici quod illud corpus infinitum sit compositum ex corporibus simplicibus finitis secundum multitudinem: quia hoc non posset esse nisi unum illorum corporum simplicium esset infinitum. modo hoc est falsum. secundum quod dixit prima conclusio. sequentia patet per hoc quia nunquam ex finitis secundum magnitudines et secundum multitudinem resultat infinitum. et si sunt finita secundum multitudinem et debeant consistere infinitum oportet ad minus quod unum eorum sit infinitum secundum magnitudinem. Probatur etiam aliter quod non potest dici quod unum eorum sit infinitum. et alia finita ex eo quod tunc illud unum totum occuparet. et sic non compereret secundum alia et etiam alia compereret. Tertia conclusio. nullum est corpus infinitum immobile. probatur. omne corpus vel est simplex vel compositum ex simplicibus. si est simplex sic est mobile. per secundam conclusionem. si est compositum ex simplicibus adhuc est mobile. per secundam. secundo sicut nullus est incorporeus quoniam ipsum sit motuus. ita videtur proportionate nullum esse corpus quoniam ipsum sit immobile. Quarta conclusio responsalis ad questionem. nullum potest esse corpus infinitum immobile. probatur. quia tale si quid crederetur inesse oporteret quod esset simplex vel compositum. quod cumque diceret ipsum esset mobile. Diceres tu nonne deus potest facere unum tale corpus. dico quod non. nam posito quod faceret unum corpus quodlibet magni adhuc ipso facto non esset immobile: quia deus sicut ipsum fecit sic potest ipsum movere.

**Ad rationes** Ad primam si unum oppositorum etc. dico quod non oportet de oppositis adinvenire privative nisi opponit adinvenit finitum mobile et infinitum immobile. Ad secundam extra celum de facto est spatium finitum. nego. sed de hoc videbitur postea diffusius. Ad tertiam infinitum dicitur quod totum occupat. secundo. sic occupat totum et verum et imaginatum. modo hoc nego de mundo. nam hoc occupet totum spatium verum. non tamen totum imaginatum vel imaginabile. nam hoc extra mundum non fit aliquid spatium. veritatem hanc possumus imaginari sibi aliquid esse. et hec de questione.

**Quod quidem igitur necesse quod circumferretur corpus finitum esse omne ex his palam etc. Textum mei trigesimali quinti.** **Questio VII.**

**Secundum** proposito: nunc erat. utrum possit esse aliquid quod corpus infinitum mobile circulariter et videtur quod sic movens infinitum debet habere mobile infinitum: sed primus movens est infinitum. patet octavo physico.

ideo primum mobile sibi correspondens debet esse infinitum. sed primus mobile est mobile motu circulari in eodem octavo physico. quia ibidem dicit primum motus esse circularis et illud esse primum mobilis. ideo non solum videtur esse possibile imo de facto videtur esse corpus infinitum mobile circulariter. maior probatur. quia si motor esset finitus et mobile finitum virtus movens excederet sine proportionem virtutem mobilis. et per consequens moveretur ipsum in non tempore sive in instanti. quod est impossibile. Secundo quando in infinitum parvum corpus est mobile circulariter. ideo videtur quod etiam in infinitum magni corpus sit mobile circulariter. et per consequens infinitum. sequentia videtur tenere a simili. antecedit probatur. quia medietas celi est mobilis circulariter. et medietas medietatis eiusdem et sic in infinitum descendendo. Tertio si possibile esset esse corpus infinitum mobile circulariter hoc videtur esse: ideo quod infinita velocitas non potest esse in tempore finito ut arguitur Aristotele. hoc est falsum. probatur sic. infinita tarditas potest esse in tempore finito. imo de facto est. ergo similiter infinita velocitas potest esse in tempore finito. sequentia videtur tenere a simili. nam simile videtur esse quantum ad hoc de tarditate et velocitate. antecedit probatur. nam partes circumferentiales mole fabrici moventur aliqua tarditate. et aliqua versus centrum in duplo tardius. et alie adhuc versus centrum in quadruplo tar-

dus et sic in infinitum. ideo de facto in infinitum tarde moventur aliqua pars. et hoc in tempore finito.

**Oppositum** dicitur Aristotele. In ista questione. primo ponenda sunt duo. Certe

**De primo** sciendum est quod dupliciter dicitur impossibile. scilicet simpliciter et secundum quid. impossibile simpliciter dicitur quod nec est nec potest esse per aliquam potentiam sive naturalem sive supernaturalem. verbi gratia. sicut est plures deos esse. Similiter sicut est oppositum primo principii complexi. impossibile autem secundum quid dicitur quod non potest esse per aliquam potentiam naturalem licet bene super naturalem. verbi gratia. sicut quod celus quietus vel aliquid tale. Secundo sciendum quod infinitum corpus esse mobile circulariter potest imaginari. uno modo quod sit unus orbis qui moveatur aliqua velocitate. et supra illum sit unum alius duplus ad primum qui moveatur in duplo tardius primo. et deinde sit unus alius puta tertius duplus ad secundum qui moveatur in duplo tardius secundo. et sic in infinitum ascendendo primum secundum proportionem duplici in quantitate orbium et tarditate motu eorum. secundo modo quod sit unus orbis qui moveatur velocitate finita. et super illum sit duplus ad primum dupla velocitate motus. et super illum sit duplus ad secundum dupla velocitate motus ad velocitatem secundum. et sic ascendendo secundum proportionem duplici in quantitate orbium et in velocitate motu eorum. tertio quod sit unum corpus circulariter et in infinitum protensus videlicet mobile motu circulari recte. sicut si imaginaremur ultimum celum esse in infinitum protensus et cum hoc moveri circulariter.

**Quantum** ad secundum sit prima conclusio. infinitum corpus mobile circulariter primo vel secundo modo nec est nec potest esse naturaliter. probatur: quia non est aliqua potentia naturalis que sic posset facere infinitos orbis unum super alium. nec etiam infiniti tales sunt cum probatur sit in secundo metaphisice quod in essentialiter ordinatis non preeditur in infinitum quales essent tales orbis sic ordinati. Secunda conclusio. infinitum corpus mobile circulariter primo et secundo modo potest esse supernaturaliter. probatur. nam aliquantum corpus mobile motu circulari potest esse imo de facto est. et duplus ad illud mobile circulariter potest esse per potentiam divinas et quadruplam ad aliud potest esse etiam per potentiam divinas. et sic ulterius sine statu. ideo infinitum corpus circulariter mobile per potentiam divinam potest esse. antecedit quodlibet catholicus habet concedere. consequentia patet. per expositionem huius termini infinitum tenti sine cathogematically in quantitatibus primum posita in precedenti questione. Tertia conclusio est quod finitum corpus circulariter mobile. primo vel secundo modo est impossibile quantum ad litteram accipiatur impossibile. nam si esset possibile quod infiniti tales orbis de facto essent ipsi possent adinvenire imaginari. et sic fieret ex eis unum infinitum circulariter mobile tertio modo. sed esse tale est impossibile simpliciter sicut statim probabitur. nec ista conclusio tertia repugnat conclusioni secundae. quia secunda. que erat de possibili erat vera in sensu in quo ponebatur. scilicet in sensu divini. hec autem tertia que est de impossibili est etiam vera in sensu in quo ponitur. scilicet in sensu composito. tales autem sensus sunt sibi invicem imperinentes: sic quod nec unum sequitur ad alium nec repugnet. Istius etiam conclusionis tertiae probatio latius videbitur per tractationem. quarti oppositorum. Quarta conclusio. si est corpus infinitum circulariter motus. tertio modo ipsa habet centrum: ista conclusio probatur. per definitiones motus circularis posita in prima parte huius: dicebatur enim quod circulariter moveri est moveri circa centrum. et hoc absque participatione ascensus vel descensus: si talis motus circularis est simplex. Quinta conclusio. si esset corpus infinitum circulariter motus tertio modo ipsum non haberet centrum. probatur quia centrum corporis dicitur medium illius corporis secundum equidistantiam ad extremitates. modo in tali infinito non essent extremitates. ideo non esset tale medium. unde si esset spatium infinitum undequaque qua ratione hic partibus esset centrum vel medium illius eadem ratione in forma vel ubique placeret signare esset centrum eiusdem. Sed

iuxta hoc dubitatur. quia dicit Aristoteles in secundo me-  
 taphysice quod infiniti si esset quelibet pars esset media. et hic  
 in primo huius dicit quod non. Ita duo dicta possunt concor-  
 dari distinguendo de medio: quod medium in aliquo continuo  
 dicitur uno modo negative. quia non est extremum imo aliquid  
 est ultra et aliquid citra. et sic quelibet pars infiniti si esset: esset  
 media. alio modo dicitur medium positive per equidistantiam  
 ab extremis. et sic non esset medium corporis infiniti.  
 Nec iste due conclusiones. scilicet quarta et quinta contradicunt:  
 sicut nec iste. si tunc pater est aliquis pater est. et si tantum pa-  
 ter est nullus pater est. Sunt. n. due conditionales vere. scilicet  
 bene conceditur quod ans est impossibile. quoniam omnis pro-  
 positio est impossibilis ad quam sequitur propositiones con-  
 tradictorie. Et ideo ex dictis bene concluditur quod impossi-  
 le est esse corpus infinitum circulariter motum. Et ista sit sex-  
 ta conclusio. quam Aristoteles multipliciter probat in littera. primo  
 sic. quia si esset possibile esse corpus infinitum circulariter mo-  
 tum tunc esset possibile in tempore finito pertransire spacium  
 infinitum. cuius oppositum ostendit Ari. 6. phy. prima proba-  
 tur. nam imaginatur due linee excentes a centro illius cor-  
 poris. circa quod movetur versus circumferentiam eiusdem cor-  
 poris causantes angulum in centro a quo egrediuntur: in-  
 ter illas duas lineas sic imaginatas cadit spacium infinitum  
 tunc illud spacium infinitum sic imaginatum pertransit ab  
 una illarum linearum in tempore finito postquam totale corpus  
 facit unam circulationem in tempore finito. Cuius istam  
 rationem dubitatur. nam videtur primo quod spacium interce-  
 ptum inter illas duas lineas esset finitum. quod probatur. quia  
 esset terminatum illis duabus lineis. Et confirmatur hoc.  
 nam posito quod quia ille linee incipiunt egredi a centro constituit  
 triangulum cum linea tertia que una cum illis recedat a centro  
 que tertia in recedendo sic crescat quod continue maneat super  
 illis duabus lineis cum quibus constituit triangulum: tunc  
 quando ille linee per infinitum recesserunt a centro inter eas  
 cadit spacium: sed probo quod finitum quia figuratum figura tri-  
 angulari. Cuius videtur. quia si esset tale corpus infinitum  
 non pertransiretur propter hoc spacium infinitum recte. sicut si  
 mundus totalis moveretur. non propter hoc pertransiret aliquod  
 spacium saltem aliud a mundo. quia mundus non occupat aliquod  
 spacium distinctum a seipso nisi tunc velimus ponere locum  
 esse unam dimensionem separata quod probatur est ab Aristotele  
 tele quarto physicomum. Cuius similis deus posset destruere  
 omnem locum huius lapidis. et adhuc movere hunc lapidem  
 et sic ille lapis moveretur sine loco et spacio. sic videtur in pro-  
 positio: quod si esset corpus infinitum circulariter ipsum posset move-  
 ri circulariter absque hoc quod pertransiret aliquod spacium: et  
 sic in tempore finito non oportet pertransire spacium infinitum nec  
 etiam finitum. Cuius tertio videtur. quod dicta ratio sic posset impediri  
 quia diceret aduersarius quod illud corpus infinitum circulariter  
 mobile non faceret aliquam circulationem perfectam in tempore finito:  
 sed bene in tempore infinito. et sic non oportet unquam de  
 dictis lineis imaginatam in tempore finito pertransire spacium  
 infinitum. Cuius ad ista. ad primum bene concedo quod si esset tale  
 corpus infinitum circulariter motum et in eo essent imaginatæ  
 tales due linee infinite egredientes a centro quod inter eas iter-  
 ciperet spacium finitum. sed etiam cum hoc inter eas iter-  
 ciperet spacium infinitum: ex quo ille linee continue vadunt elon-  
 gando: et sunt infinite. et quia inter illas lineas spacium totale in-  
 terceptum est finitum et idem est infinitum repugnant ad invicem  
 et sequuntur ambo ad eum corpus infinitum circulariter motum  
 tunc concludo quod esse tale corpus infinitum est impossibile post-  
 quam ad ipsum sequuntur contradictoria. Et consimiliter res-  
 pondeatur ad confirmationem. Cuius ad secundum respondeo  
 quod Aristoteles in dicta ratione non supponit quod tale spacium in-  
 sit: sed quod non repugnat imaginationi. et ex hoc tunc cum hoc  
 quod est corpus infinitum circulariter motum infert unum quod  
 repugnat imaginationi. scilicet quod spacium infinitum pertransire-  
 tur in tempore finito. et ex hoc concluditur quod esse corpus in-  
 finitum circulariter motum est impossibile et imaginationi  
 repugnans: nam quancumque ex duobus quorum unum

non repugnat imaginationi infertur unum repugnans ima-  
 ginationi tunc alterum illorum duorum etiam imaginationi  
 repugnat. Cuius ad tertium dico. quod illa obiectio non valet:  
 quia talis linea infinita imaginata vel in tempore finito de-  
 scribit aliquem angulum circa centrum vel non. si non. tunc  
 non movetur. et sic nec illud corpus infinitum movetur. si  
 autem describit aliquem angulum tunc sicut deductum est.  
 sequitur dictam lineam in tempore finito pertransire spa-  
 cium infinitum imaginatum: et sic tale inconueniens sequi-  
 tur ad dictam conclusionem sine illud corpus infinitum  
 circulariter mobile ponatur complere unam circulationem  
 in tempore finito sine in tempore infinito. Cuius secundo. si  
 esset possibile esse tale corpus infinitum circulariter mo-  
 tum sequeretur quod spacium pedale pertransiretur in non  
 tempore sine in instanti. quod est falsum. probatio con-  
 sequente. nam ponatur quod a centro talis corporis protra-  
 hatur in infinitum linea a. b. que cum illo corpore mo-  
 to circumvolvitur: et extra centrum imaginatur una linea  
 infinita quiescens. que sit c. d. et sit equidistans sine paral-  
 lela linee. a. b. et spacium inter eas pedale in latitudine:  
 et moveatur linea. a. b. versus lineam. c. d. tunc sequitur  
 impossibile scilicet quod spacium pedale pertransiretur in non  
 tempore sine in instanti. probatur. quia in principio mo-  
 tus verum est dicere quod linea. a. b. secundum se totam et  
 secundum quamlibet sui partem distat pedaliter a linea.  
 c. d. et immediate post hoc non distabit: sed concurrerit cum  
 ea et interfecabit eam: cum nunc sit equidistans ei et im-  
 mediate post hoc non erit equidistans ei. et cum necesse  
 sit lineas non equidistantes sine non parallelas concu-  
 rere si in infinitum protrahantur. et sic cum nunc dicere  
 nec distat pedaliter et immediate post concurrunt. ideo  
 sine tempore medio et divisibili pertransitum est spaci-  
 um pedale et per motum continuum quod est impossi-  
 bile. Cuius iuxta dictam imaginationem sequitur quod ita cito  
 to linea. a. b. concurrerit cum linea. e. f. multum ab ea di-  
 stante sicut cum linea. c. d. solum distante ab ea pedaliter.  
 et sic ita cito pertransiret spacium magnum sicut parvum  
 vel sicut parvam partem eius. Probatio consequente.  
 quia cum dicitur duabus lineis. a. b. et c. d. imaginatur  
 tertia linea. scilicet. e. f. etiam equidistans linee. a. b. mul-  
 to plus tamen distans ab ea quam c. d. tunc in instanti in  
 quo. a. b. incipit moveri versus. c. d. et versus. e. f. verum  
 est dicere quod. a. b. est equidistans linee. c. d. Et  
 etiam linee. e. f. et immediate post non erit alicui earum  
 equidistans: et cum omnes tres dicte linee sint infinite se-  
 quitur. per definitionem linearum inequidistantium sine  
 non equidistantium quod immediate post instans datum li-  
 nea. a. b. concurrerit cum linea. c. d. et etiam concurrerit cum  
 linea. e. f. cum immediate post instans datum erit equi-  
 distans utriusque. et sic dicta linea. a. b. ita cito pertran-  
 sibat spacium magnum interceptum inter ipsam et lineam.  
 e. f. sicut spacium parvum interceptum inter ipsam  
 et lineam. c. d. Cuius iuxta idem sequitur quod linea. a. b. ita  
 cito interfecaret lineam. c. d. sicut eam tangeret. quod  
 est inconueniens. Probatio consequente: quia ita cito  
 concurrerit cum linea. c. d. sicut concurrerit cum linea. e. f.  
 sicut iam ostendebatur. sed non potest concurrere cum li-  
 nea. e. f. nisi interfecaret lineam. c. d. Ideo ita cito sicut  
 concurrerit cum linea. c. d. interfecaret eam. et ex hoc tunc  
 vltimus sequitur quod linea. a. b. immediate post instans  
 in quo incipit moveri pertransibit spacium infinitum  
 quod iterum est inconueniens et imaginationi repugnans  
 probatio consequente. quia immediate post illud in-  
 stans interfecabit lineam. c. d. sicut iam ostendebatur.  
 sed non potest ipsam interfecare nisi pertransierit spa-  
 cium infinitum imaginatum versus circumferentiam di-  
 cti corporis. Cuius tertio arguitur ad dictam conclusio-  
 nem sic. omnis linea circa centrum circumvolata descri-  
 bit circulum. scilicet maiorem maiorem. et minorem minorem.  
 Ideo infinita linea circa centrum mota describeret circulum

Infinitus. et hoc est impossibile: est de ratione circuli et ceteris  
libet figure sit esse terminatum. quod patet per diffinitionem  
figure positam in principio geometrie. figura est que terminis  
no vel terminis clauditur. unde non possit dici cuius figure  
esset infinitum. ex quo concluditur quod impossibile est et ima-  
ginationi repugnans esse corpus infinitum.

**Tunc** ad rationes. ad primam potest dici quod virtus in  
finita libera potest bene moueri mobile finitum  
finita velocitate. quia non mouet quicquam potest. sed quod vult  
et ideo non oportet si sit potentia motiva infinita quod ergo sit  
mobile sibi correspondens infinitum. Ad secundam con-  
cedo antecedens. sed nego consequentiam. ratio negationis  
consequentie est. quia diminutio continui bene vadit in infi-  
nitum. sed non augmentatio. Consimili modo respon-  
deatur ad tertiam. quia tarditas est diminutio motus. ve-  
locitas autem augmentatio. et ideo licet tarditas possit ire in  
infinitum. non tamen velocitas.

**Sed adhuc neque quod ad medium neque quod  
a medio fertur infinitum erit etc. Textu commenti  
quadragesimiquarti. Questio. viii.**

**tertium** propositum erat. virtus  
possit esse aliquod corp  
infinitum mobile motu recto. probatur quod  
sic. quia ignis de sui natura mobilis est mo-  
tu recto. et si esset infinitus non minus esset  
mobilis motu recto. quia adhuc haberet na-  
turam ignis. sed potest esse ignis infinitus.

ergo potest esse mobile infinitum motu recto. assumptum probatur  
auctoritate Aristoteli secundo de anima dicitur. ignis esse augmen-  
tabilem in infinitum si apponatur combustibile. Etiam  
confirmatur hoc quia deus potest facere ignes pedales. so-  
pedum. 100. pedum. et sic sine statu. ergo potest facere ignem  
infinitum. Etiam affirmatur quod non tantum ignem finitum  
posset deus facere quin posset maiorem facere. et hoc sequitur  
cum dicitur quod infinitum ignem deus potest facere. patet  
hoc ex eo. quia infinitum sic exponitur per aliquam vim  
et non tantum quin minus. Secundo. nam si non potest esse  
tale corpus infinitum mobile motu recto hoc esset propter hoc  
quod illud corpus haberet gravitatem vel leuitatem infinitam.  
quod Aristoteli reputat impossibile. probatur hoc non oportere. quia  
posset esse tale corpus. et habere adhuc gravitates vel leui-  
tatem finitas. quod ostendo sic. nam capiatur vna certa latitudo  
do gravitatis finita et illius pars prima proportionalis sit in  
vna parte pedali illius corporis infiniti. et secunda pars pro-  
portionalis eiusdem sit in alia parte pedali illius corporis in-  
finiti. et sic ultra. tunc illud corpus infinitum erit grane. quia  
habet gravitatem. et tamen finitam ex eo quod gravitas vnius libere  
sola est extensa per illud totale corpus infinitum. Tertio.  
nam licet non contingat esse corpus infinitum mobile motu  
circulari sicut est dictum in alia questione. quia non contingit  
imaginari lineam infinitam circulares. non tamen sic vide-  
tur esse de corpore infinito recto. quia bene contingit imaginari  
lineam rectam infinitam. et ideo videtur quod etiam bene con-  
tingat imaginari mobile infinitum motu recto per illam li-  
neam rectam infinitam imaginatam.

**Oppositum** vult Aristotele. in littera et ad hoc  
plures ponit rationes. Ad istas  
questiones breuiter pono vnicam rationem quod non potest esse  
corpus infinitum mobile motu recto. Istam conclusionem  
Aristoteli probat in littera multipliciter. Primo sic ex par-  
te locorum. quia si esset tale mobile infinitum. oporteret ipsius  
habere locum infinitum: sed hoc est impossibile. quia nullus  
locus est infinitus. quod patet per diffinitionem loci qua dicitur  
locus esse terminus corporis continens. probatur con-  
tra locum saltem verum vel imaginabilem. quia deus posset  
mouere totalem mundum motu recto sicut dicit aristoteles  
pariensi: et si deus ipsum taliter moueret non mouer-  
et ipsum in spacio vero: sed imaginabili vel imaginato: et

eum locus alicuius corporis non possit esse minor illo cor-  
pore cum debeat continere ipsum oportet si esset corpus in-  
finitum mobile motu recto quod haberet locum infinitum. Et  
Secundo si esset corpus infinitum mobile motu recto oportet  
dare duo loca extra invicem quorum quilibet esset infinitus: et  
hoc est impossibile. quia vntus locus infinitus occuparet omne  
spacium imaginabile. et per consequens non pmitteret extra se  
alium locum. sequentia probatur quia mobile motu recto mo-  
ueretur de vno loco a quo exit ad alium locum in quem in-  
trat. Ideo si corpus infinitum moueret motu recto ipsum  
pmittere esset in vno loco finito et ex eundo intraret alium lo-  
cum extra illum primum. Tertio tale corpus infinitum si  
esset vel esset in loco sibi naturali vel violento: si dicat pri-  
mus tunc non posset ab illo loco remoueri nisi per motorem  
qui esset maioris potentie quam illud infinitum esset resistente  
ex eo quod potentia mouentis debet excedere resistentiam moti.  
Sed illa resistentia cum esset infinita nulla potentia motiva  
posset esse maior. et sic illud corpus per nullam potentiam  
posset remoueri a suo loco naturali. et per consequens non e-  
ret mobile motu recto. Si autem dicatur secundum. quod illud cor-  
pus sit in loco sibi innaturali seu violento hoc est impossibile  
ex eo quod nulla esset potentia que per violentiam posset illud  
corpus tenere in illo loco sibi violento cum nulla esset pote-  
tia illius corporis infiniti illius corporis infiniti: postquam pote-  
tia illius corporis infiniti e-  
ret infinita. infinito autem nihil est  
maius neque finitum sicut notum est de se nec infinitum sicut  
postea videbitur. Quarto arguitur ad eandem conclusionem  
ex parte gravitatis vel leuitatis. quia si e-  
ret corpus infinitum.  
et hoc esset grane sequeretur quod e-  
ret gravis infinita. sequens  
est impossibile. ergo et antecedens. sequentia probatur quia  
in maiori corpore est maior virtus. ideo in corpore infinito  
e-  
ret virtus infinita. ideo si esset aliquod corpus infinitum et e-  
ret grane haberet gravitatem infinitam. falsitas consequentis  
probatur. quia si haberet gravitatem infinitam. tunc moueret  
in non tempore. sed hoc est impossibile. sequentia patet ex  
hoc quod aliquanta gravitas mouet in aliquo tempore: et ceteris  
paribus maior gravitas mouet in breviori tempore. ergo  
si e-  
ret talis infinita gravitas illa non moueret. sed instanta-  
nee mutaret: modo licet impossibile sit motum esse instanta-  
neum: tamen non est impossibile mutationem esse instantaneam.  
Breuiter istud magis videtur nostrum propositum con-  
firmare quam destruere. quia iuxta illud conceditur quod si esset  
gravitas infinita vel infinitum haberet gravitatem infini-  
tam non esset mobile. sed bene mutabile. et hoc sufficit no-  
bis pro conclusionem nostram qua dicitur quod non est possibile  
esse finitum mobile motu recto bene dicimus mobile et  
non mutabile. Adhuc iuxta vltimam rationem aliquis  
dubitaret vel obijceret negando consequentiam qua ar-  
guebatur si esset corpus grane infinitum haberet infini-  
tam gravitatem. nam sicut arguebatur secundo ad que-  
stionem si illud corpus esset difforme in gravitate secundum  
suas partes non oporteret in eo esse gravitatem infinitam.  
licet hoc bene oportere si esset vniiformiter grane per to-  
tum. Breuiter istud non valet. quia tale corpus in-  
finitum mobile motu recto si esset oportere quod esset sim-  
plex vel mixtum: et siue esset simplex siue mixtum non  
esset in eo tanta difformitas in gravitate quin totalis eius  
gravitas esset infinita.

**Ad rationes** quando dicitur ignis est aug-  
mentabilis in infinitum dico quod  
non. et quando Aristoteles dicit hoc. dico quod dicit hoc con-  
ditionaliter. et illa additio est impossibilis. quia dicit si apponere-  
tibi infinitum combustibile. modo hoc est impossibile. quia  
ex quo non est infinitum combustibile non est possibile hoc  
igni ministrari. Ad confirmationes sequentes videbitur  
in sequenti questione in qua pertractabitur vtrum pos-  
sibile sit aliquam magnitudinem esse infinitam siue hoc sit  
naturaliter siue per potentiam divinam. et ibidem etiam  
videbitur de hoc de quo tangitur in tertia ratione. scilicet

verum repugnet imaginationi esse magnitudinem rectam infinitam. Ad secundam soluta est in solvendo obiectio nem secundo facta iuxta tertiam rationem. et sic est finis quoniam.

¶ Si igitur neque spera neque tetragonum neque circulus est infinitus etc. Tertio commenti trigeminoni.

Questio. ix.

**Primum** propositorum erat. utrum aliqua magnitudo sine corporea sine linearis sine superficialis sit vel possit esse infinita. videtur primo quod sic. nam possibile est quod in prima parte proportionali alicuius hore deus creet unum lapidem pedalem. et similiter possibile est quod in

secunda creet unum lapidem pedalem ad primum. et similiter quod in tertia. et sic ultra de alijs partibus proportionalibus hore. ponatur ergo quod in qualibet parte proportionali alicuius hore deus sic faciat in sine hore: aggregatum ex omnibus illis lapidibus erit infinitum. ideo possibile est quod aliqua magnitudo corporea sit infinita. ¶ Secundo. nam possibile est quod secunda pars proportionalis alicuius corporis pedalis rarefiat et extendatur ad equalitatem prime. et ita de tertia et quarta et sic de alijs. et saltem hoc est possibile per potentiam divinam. et si sic fieret in sine illius hore illud esset infinitum. ¶ Tertio probatur quod de facto corpus bipedale est infinitum. quia illud est infinitum quod est compositum ex infinitis partibus quarum quolibet est tanta sicut aliqua certa data. sed sic est de corpore bipedale. quia in ipso sunt infinita puncta. a quorum quolibet ad aliud est corpus pedale. ¶ Quarto magnitudo est augmentabilis in infinitum. ergo videtur quod sit possibile esse magnitudines infinitas. cum enim est aucta in infinitum videtur esse infinita. antecedens probatur. quia sint. a. et b. due magnitudines corporee et id quod dividitur a. b. addatur ad. a. tunc si. b. est divisibile in infinitum. ergo. a. est augmentabile in infinitum. sequentia videtur tenere ex eo quod per idem per cuius ablationem. b. diminuitur. a. augmentatur. et quia. b. per eius divisionem diminuitur ad subduplum et ad subtripulum et sic in infinitum videtur quod. a. augetur ad duplum et ad tripulum. et sic in infinitum. ¶ Quinto aliquid de facto est corpus bipedale. quia est corpus ex infinitis partibus non communicantibus compositum quorum quolibet est tantum sicut aliquod certum datum. ergo de facto est aliquid corpus infinitum. ¶ Sequenti tenet ex eo. quod tale corpus ex talibus infinitis compositum esset infinitum. Assumptum probatur. nam posito quod essent infinita corpora quorum quolibet esset sicut unum unum. tunc probatur quod ex omnibus illis omni rarefactione et condensatione amota potest fieri unum corpus finitum tante forme sicut est caput meum: vel aliquid tale. Nam sint talia corpora flexibilia. et sit ad imaginationem quod in prima parte proportionali alicuius hore unum eorum fiat latum et circumflectatur vni de illis. et tunc clarum est quod illud circumflexum est finite spissum capiatur in secunda parte proportionali eiusdem hore unum. aliud et circumflectatur aggregato ex primo et secundo. tunc corpus secundo circumflexum est minus spissum quam corpus primo circumflexum propter hoc quod circumflectitur maiori. deinde in tertia parte proportionali eiusdem hore capiatur iterum unum de illis corporibus et circumflectatur aggregato ex prioribus: tunc iterum corpus tertio circumflexum est minus spissum quam corpus secundo circumflexum. et continetur hoc ulterius per singulas partes proportionales alicuius hore: in sine hore sunt infinita corpora sic circumflexa: quod primo circumflexum est spissum secundo. et secundo circumflexum est spissum tertio. et sic ulterius. ergo videtur quod totaliter spissitudo ex his aggregata sit finita postquam spississimum iter omnia corpora sic circumflexa est finite spissum recte sicut aliquid corpus est finitum: cuius prima pars proportionalis est maior secunda. et secunda tertia. et sic ulterius. propter hoc quod inter tales infinitas partes maxima est finita. sic ergo videtur esse probatum quod ex infinitis corporibus equalibus non communicantibus sine rarefactione et condensatione factum sit unum corpus finitum. ¶ Et deinde probatur quod aliqua

magnitudo superficialis est infinita. probatur: quia angulus rectus est magnitudo superficialis. et est infinitus. ergo etc. assumptum probatur. quia angulus rectus componitur ex infinitis angulis acutis rectilineis non communicantibus quorum quilibet est maior angulo contingente certo dato quod patet ex tertio geometrie. illud autem quod ponitur ex infinitis non communicantibus maioribus aliquo certo dato. videtur esse infinitus. ¶ Deinde probatur quod aliqua magnitudo linearis sit infinita. patet hoc de linea giratina que componitur ex infinitis giris: quarum quilibet girat unam partem proportionalem corporis colunaris spissitudinis unius pedis.

**Oppositam** vult Aristoteles. In ista questione duo erunt articuli. Primus erit utrum de facto sit aliqua magnitudo infinita. secundus erit utrum possit esse magnitudo infinita.

**De primo** sit conclusio prima. Non est aliqua magnitudo corporea infinita. probatur. quia illa esset mobilis vel imobilis. non potest dici quod imobilis sicut prius probatum est. nec potest dici quod mobilis. ergo vel circulariter vel motu recto sicut prius ostensum est. ergo etc. ¶ Secunda conclusio est. Infinita magnitudo est. patet tam de linea giratina quam de superficie giratina quam de corpore giratino corporis colunaris. nam aliqua linea giratina est et quilibet maior giratina linea est. unde gira composita ex gira prime et secunde partis proportionalis colune cuius diameter spissitudinis est pedalis: dupla est ad giras prime partis proportionalis. et gira composita ex prima secunda et tertia giras tripla est ad eadem. et sic ulterius simili modo est de superficie giratina quod ad longitudinem extenta inter duas lineas giratinas. simili modo est de corpore giratino. et hoc quod est ad longitudinem intercepto inter quatuor superficies giratinas. ¶ Tertia conclusio nulla magnitudo est infinita. probatur. quia si aliqua magnitudo esset infinita maxime videtur esse linea vel superficies giratina vel corpus giratini: sed hoc non. nam si aliqua linea giratina esset infinita vel illa giraret omnes partes proportionales corporis colunaris: vel terminaretur extra terminum colune. non potest dici primum ex eo quod nulle partes sunt omnes partes proportionales colune. et per consequens nulla est gira giras omnes. et per consequens nulla gira giras omnes est infinita nec potest dici secundum ex eo quod quilibet talis est infinita.

**De secundo** sit prima conclusio. non est possibile aliqua magnitudinem circulari esse infinitam. imo hoc implicat contradictionem. probatur. nam data aliqua magnitudine circulari infinita ipsa est figurata. quia circularis. et ultra ipsa est figurata. ergo termino vel terminis clausa. patet hoc ex eo quod figura est que termino vel terminis clauditur. ex principio geometrie. et ultra. ipsa est termino vel terminis clausa. ergo est finita. non ergo infinita. secundum dato opposito conclusionis sit aliquis circulus infinitus in cuius circumferentia signentur duo puncta. a. b. a quibus trahatur due linee. s. a. c. et b. c. occurrentes et facientes angulum in certo. c. illius circuli. quo posito sequitur aliquis angulus rectilineum esse acutissimum. sed hoc est falsum. sequentia probatur. quia si ab. a. et b. punctis traheretur due linee que concurrerent acutum. et si concurrerent remotum ab. a. et b. careret angulum acutum. ergo si remotissime careret angulum acutissimum. sed cum concurrerent in puncto. c. concurrerent remotissime a punctis. a. et b. et ex quo tunc tercipit spatium infinitum iter. c. ex vna parte a. et b. ex alia sequitur angulum. c. rectilineum esse acutissimum: quod erat probatum falsum. si distaret punctis probatur quod vel latera illius anguli distaret vel non. si distaret et non distaret idimpossibile. sequitur quod ista latera esse possent propinqua. sed tunc careret angulum acutorum. et per consequens non erat acutissimum. si autem latera non distaret tunc unum laterum faceret supra aliud et tunc non faceret angulum. et per consequens non angulum acutissimum. ¶ Ad idem. nam si possibile esset aliqua magnitudine circulari esse infinitam sequitur quod esset possibile duas lineas si equidistantes veritas eadem parte trahi per infinitum spatium antequam concurrerent. hoc est falsum et impossibile. si autem latera non equidistant. probatur sequentia. quia si traheretur ab. a. et b. punctis signatis in circumferentia circuli infiniti due linee recte in centro. c. illius circuli ille linee essent non equidistantes. et traherentur per aliquantum spatium antequam

concurrerent: & per quadruplum spacium ad idēz anteq̄  
concurrerent & per quilibet mains spacium. ergo trahere  
tur per spacium infinitum anteq̄ concurrerent. cōsequētia  
nota est de se. antecedens probatur ex eo q̄ inter. c. ex vna  
parte. & a. & b. puncta ex alia intercipitur spacium infinitū.

**Quarto.** si esset aliqua magnitudo circularis infinita seq̄  
retur q̄ eiusdē circuli essent plura centra. qd̄ est contra ter-  
tium geometrie. pbatur p̄sequētia. quia in tali circulo plura  
possunt assignari puncta a q̄bus ducte linee ad circūferētiā  
non essent inaequales. omnes enī essent infinite. sed vnum  
infinitū nō est inaequale alteri. modo ille punctus est centrū  
circuli a quo omnes linee ad circūferētiā ducte non eēt  
inaequales. & talis circulus infinitus si esset sic se haberet q̄  
vbiq̄ esset eius centrū. & circūferētia eius nūq̄. vnde nō  
magis centrū eius assignaretur parisius q̄ i roma sicut pri-  
us dicebat. **Quinto** ad idem. nā sit aliquis circulus infi-  
nitus per aduersariū. & signentur sicut prius duo puncta in  
eius circūferētia scilicet. a. & b. & trahatur linea recta ab  
a. ad b. per modum corde. tunc queritur vtrū corda distat  
ab arcu vel non. si dicatur q̄ non. hoc est falsum. quia tunc  
corda & arcus essent vna linea. si aut dicatur q̄ distet & non  
distantiā indistibili cum nulla talis sit. ergo distantiā disti-  
bili. & cum possit dari circulus finitus in quo inter tantum  
arcum & tantam cordam cadit equalis distantiā sequitur cir-  
culum infinitum esse equalem circulo finito. qd̄ est falsum.

**Sexto** ad idem. si possibile esset aliquem circulum esse  
infinitum. sequitur q̄ eius diameter esset finita. hoc est fal-  
sum. cōsequētia nota est de se. falsitas consequentis pro-  
batur. nam sit illa diameter inter. a. & b. puncta sibi inicez  
opposita in circūferētia illius circuli. & incipiat for. moue-  
ri ab a. puncto versus b. sic q̄ in prima parte proportiona-  
li alicuius hore pertransat pedale. & in secunda tantus. & sic  
vltra. & plō incipiat moueri a. b. vsus a. sup eadē diametro  
equali velocitate sicut for. mouetur. tunc clarum est q̄ for.  
& plato. sibi obuiabant super illam diametrum. & nō i instā-  
ti terminante exclusue illam horam. nam tunc qlibet eozuz  
esset super vnum terminū illius diametri ad quē mouebā-  
tur puta for. super b. & plato sup a. ergo obuiabant sibi in  
aliquo instanti intrinseco illius hore. sed in quolibet instanti in  
trinseco illius hore. a. qd̄libet eozuz pransituz est solum fi-  
nituz. & cum duo finita non cōstituunt infinituz: sequitur q̄  
illa duo spacia ab eis pertransita nō cōstituunt diametrum  
infinitam & cum illa duo spacia sint due semidiametri illius  
circuli infiniti sequitur totales diametrum illius circuli esse  
infinitū. qd̄ erat probādūz. **Per istam** rationem vniter  
saliter potest p̄bati q̄ nō est pole aliquaz magnitudinē re-  
ctam esse infinitāz clāsam inter duos terminos. **Secun-  
da** p̄ctio nō est possibile esse aliquaz magnitudinem qua-  
dratā infinitam: probat p̄ primāz rationē & vltimā prioris  
p̄ctonis. **Tertia** p̄ctio. si ē pole eē aliqd̄ corp⁹ infinitū p̄-  
batur p̄ primā rōnē p̄ctonis. **Quarta** p̄ctio nō ē pole q̄  
alīq̄ magnitudo sit infinita sine naturaliter sine supernatura-  
liter. pbat. nāz si sic hoc maxime videret eē per potentiaz  
distinam isto modo sicut alqui credunt demonstrare possi-  
bilitates infiniti q̄ deus in qualibet parte portionali alicui⁹  
hore creet aliquem lapides pedalem. & q̄ in fine hore illi si  
mol puncti constituāt infinitū. **Sed** probatur q̄ hoc est  
impossibile pro quo suppono q̄ non est possibile esse vlti-  
mā partem proportionalem alicuius p̄ctūz. tunc arguo sic.  
nā si est possibile q̄ i qualibet parte portionali deus fa-  
ciat vnūz lapidem pedalez. faciat ergo in prima parte pro-  
portionali alicuius hore lapidem pedalem tangentes. a. pū-  
ctūz manentē fixuz. deinde in secunda parte portionali  
eiusdē hore remoueat illum lapidē ab a. puncto per spa-  
ciū pedale. & faciat inter ipsum & a. pūctū fm lapidē peda-  
lem. deinde in tertia parte eiusdē hore remoueat aggregatū  
ex illis duobus lapidibus pedalibus. itez ab a. puncto ma-  
nente fixo p̄ spacium pedale: & creet tertium lapides pedale  
inter illud aggregatū. & a. punctuz. deinde in quarta parte  
portionali eiusdē hore remoueat itez aggregatū ex illis  
trib⁹ lapidib⁹ pedalib⁹ ab a. pūctō p̄ spacium pedale in quo  
creet quartum lapidem pedalez. & hoc continuet per alias

partes portionales illius hore vsqz ad finem eiusdem si  
est possibile. tunc clarum est q̄ in fine hore aliquis lapis pe-  
dalis tanget. a. punctum manentē fixum. ergo ille lapis  
erat vltimus in creatione infinitorum lapidum creatoꝝ  
secunduz infinitas partes proportionales hore. sed cuz per  
casū cuiuslibet lapidum creationi cōr̄r̄deat vna pars pro-  
portionalis hore. sequitur q̄ lapidi vltimo creato. i. tangen-  
ti. a. punctum in fine hore cōr̄spondet vna pars propor-  
tionalis hore que ē vltima iter omnes sicut ille lapis est vl-  
timum inter omnes lapides creatos. & cum tempus sit de  
numero continuoꝝ sequitur esse vltimaz partes propor-  
tionalem alicuius continui. quod est contra suppositiones.

**Iuxta istam** rationem pono aliquas propositiones. qua-  
rum prima est ista: q̄ non est possibile q̄ in qualibet parte  
portionali alicuius hore deus faciat vnum lapidem pe-  
dalem sicut iam probatum est. licet tamen bene sit possibi-  
le q̄ in qualibet parte p̄portionali alicuius hore deus faciat  
lapidem. nam bene possibile est q̄ deus in vna hore succel-  
sive continue faciat vnum lapidem. ita q̄ in fine hore lapis  
factus a deo totalis sit pedalis. tunc cum quelibet pars la-  
pidis sit lapis sequitur q̄ in qualibet parte. p̄portionali hore  
illius deus fecit lapidem. quia fecit partes lapidis. **Se-  
cunda** propositio. quis nō sit possibile q̄ in qualibet parte  
portionali alicuius hore deus faciat vnum lapides pe-  
dalem tamen in qualibet parte portionali alicuius hore  
deus potest facere vnum lapidem pedalem. patet hoc. qz  
in prima potest facere vnum lapidem pedalez. & in secūda  
potest facere vnum lapidem pedalem. nec est dare instan-  
tiā de aliqua. ergo in qualibet potest facere vnum lapidē  
pedalem. **Et** si arguatur. in qualibet potest facere vnūz  
lapidem pedalem. ergo possibile est q̄ in qualibet faciat  
vnum lapidem pedalem. neganda est consequentia. ex eo  
q̄ arguitur a sensu diuiso vero ad sensum composituz fal-  
sum. vnde non sequitur. qualibet partem istius ponderis  
for. potest portare. ergo possibile est q̄ quālibet partem  
istius ponderis fortes portet. vnde sit. a. vnum pondus  
equale in grauitate cum potentia fortis tunc clarum est q̄  
quālibet partem. a. ponderis for. potest portare. et tamen  
non potest quālibet partem. a. ponderis portare. quia tunc  
a. pondus posset portare. qd̄ ē falsuz. qz fieret actio a pro-  
portione equalitatis. **Tertia** propositio iuxta dictam ra-  
tionem. aliqua propositio vniversalis est impossibilis cui⁹  
quelibet singularis est possibilis. & quelibet cuiuslibet earuz  
compositibilis. patet hoc. nāz hec est impossibilis. in quali-  
bet parte portionali alicuius hore deus faciat vnum la-  
pidem pedalem: & tamen quelibet singularis eius est pos-  
sibilis quia nō est reperire aliquam quin sit possibilis: etiaz  
quelibet earum cuiuslibet alteri earum est compositibilis: ga-  
non est reperire aliquas quin sint compositibiles. vnde se-  
cūda est compositibilis primo & tertia illis duab⁹. & quar-  
ta. & quinta. & sic vltimus. **Secūda** dices. ex quo omnīz  
singularīuz alicuius vniversalis possibilitas & cōpossibilitas  
nō sufficit ad possibilitatē vltis. qd̄ gō sufficit ad possibilitatē  
ei⁹ dico q̄ requirit & sufficit q̄ oēs singulares simul esse ve-  
ras sit possibile. id est q̄ hec sit possibilis. omnes eius sin-  
gulares simul sunt vere. & cōformiter dicatur de possibili-  
tate propositionis copulatiue. **Sed** dices. pro quo er-  
go q̄ hec sit possibilis in qualibet parte portionali ali-  
cuius hore deus faciet vnum lapidem pedalem. cuius ta-  
men oppositum dictum est. probatur. nam primam eius  
singularē esse veram est possibile. & secundam eius sin-  
gularē esse veram est possibile. & tertiā ei⁹ singularē eē  
veram est possibile. & non est aliqua eius singularis quin  
ipsam esse veram sit possibile. ergo omnes eius singulares  
esse vere est possibile. & si sic ipsa est possibilis. **Respo-  
deo.** concedo totum antecedens & nego cōsequentiā. vnde  
cōsequens omnino est impertinens antecedenti. vnde si cō-  
sequētia valeret fm quā creditur argui inductiue conse-  
quens deberet esse vna propositio vniversalis. sed h non.  
ex quo est vna propositio composita de possibilis. vnde ista  
omnes eius singulares esse veras est possibile. est ita mo-  
do vniversalis sicut ista omnem hominem esse animal est

possibile modo sicut scitis talis non est vniuersalis. s; indefinita sicut diffuse declarati in logica. **C**Secundo arguitur ad quartam conclusionem si esset possibile qd esset aliqua magnitudo infinita. tunc esset possibile qd aliquod corpus opacum obliqueretur alicui corpori luminoso: et tamen non faceret vmbra. qd videtur esse falsum. probatur consequentia. nam sit per aduersarium vnum corpus luminosum infinitum: et obliquetur sibi vnum corpus quadratum pedale. probat qd non facit vmbra. pro quo suppono qd quilibet punctus medij illuminatur qui est retro corpus opacum ad quem ptingit aliquis radius recedens vel rectus: ab aliquo puncto corporis luminosi. deinde suppono qd illud corpus luminosum sic se habeat qd proportionaliter secundum puncta eius plus distat a corpore opaco habeant plus de luce in tantum qd quilibet punctus illius corporis luminosi: possit radiare vsq; ad corpus opacum tunc arguitur sic. quilibet punctus medij retro corpus opacum illuminatur. ergo illud corpus opacum non facit vmbra. consequentia tenet. antecedens probatur. na quocumq; puncto medij dato retro corpus opacum ille distat a corpore opaco. ergo ad quolibet tale punctum potest peruenire radius rectus ab aliquo puncto corporis luminosi absq; hoc qd impediatur per corpus opacum. et per consequens vna suppositione quilibet punctus medij retro corpus opacum illuminatur qd erat probatum. **T**ertio arguitur sic. si esset possibile aliquam magnitudinem esse infinitam: tunc esset possibile qd. a. per vna tota hora esset finitum: et in instanti terminante illas horas exclusiue esset infinitum: et tamen in illo instanti nihil sibi adderetur: quod videtur esse inconueniens. probatur consequentia. na sit. a. vna pedale quod in prima parte proportionali alicuius horae crescat ad duplum. et in secunda ad quadruplum. et sic ultra quomodo volunt probare possibilitatem infiniti. tunc in qualibet parte proportionali illius horae esset finitum: sed in instanti terminante exclusiue illa hora est infinitum ex quo tunc est compositus ex infinitis quantis non comunicantibus quorum quodlibet est tantum sicut aliquod certum datum. et tamen pro illo instanti nihil sibi additur propter hoc qd positum est: quod augetur vsq; ad illud instans exclusiue. sic simili modo sequitur qd esset possibile qd aliquid per vnam totam horam esset infinitum. et in instanti terminante exclusiue illas horas esset finitum. et tamen in illo instanti nihil ab eo remoueretur. hoc iterum videtur esse inconueniens. consequentia p; si. a. qd factum est infinitum conuertitur minuat per partes proportionales alicuius horae sicut augebatur vsq; ad instans terminans exclusiue illam horam. **Q**uarto ad idem. na dato opposito conclusionis sequeretur qd esset possibile qd. a. et b. per vnam totam horam essent equalia: et tamen in illo instanti a nullo eorum aliquid remoueretur: nec alicui eorum aliquid adderetur: hoc iterum videtur esse inconueniens. probatur consequentia. nam sint. a. et b. duo quanta pedalia. et augeantur in aliqua hora. sic qd in prima parte proportionali illius horae quilibet eorum augetur ad duplum et in secunda ad quadruplum. et sic semper vsq; ad finem horae. tunc per totam horam. a. et b. manent equalia. ex quo per totam horam sunt finita. et in principio erant equalia et equaliter augetur. et tamen in instanti terminante exclusiue illas horas non sunt equalia ex quo quolibet eorum in fine horae est infinitum. sed inter infinita non est equalitas nec inequalitas per commentatorem tertio physicorum. ergo etc. **Q**uinto ad idem. dato opposito conclusionis sequeretur qd per totam horam. a. esset maius. b. et in fine horae non: et tamen in fine horae nec. a. nec. b. aliquid adderetur. nec aliquid ab eis remoueretur. hoc iterum videtur esse inconueniens: probatur consequentia. nam posito qd. a. sit duplum ad. b. et augetur in hora: sic qd. a. continue maneat duplum ad. b. et qd in prima parte proportionali horae. b. augetur ad duplum. et in secunda ad quadruplum. et sic ultra. in fine horae nihil additur ipsi. a. nec remouetur ab eo. et sic similiter est de. b. et tunc in fine horae. a. non est maius. b. postquam. a. et b. sunt infinita. vna aut infinitum non est maius alio sicut postea probabit. **C**6o dato opposito conclusionis sequeret qd horae. et plura mouerentur per horam sic qd in qualibet parte proportionali illius horae foret. et tamen in fine horae pertransitum a forte non esset maius pertransito a Platone probatur consequentia. posito qd horae in prima parte proportionali alicuius horae pertransit spatium bipedale et Plato pedale. et in secunda plato bipedale. fortes vero quadrupedale. et sic ultra eodem sim proportionem duplam. tunc clarum est qd in qualibet parte proportionali illius horae foret. pertransit duplum ad illud quod pertransit plato. et tamen in fine horae pertransit ab vno non est maius nec minus pertransito ab alio propter hoc qd in fine horae ab vno quod pertransit est infinitum. modo vnum infinitum non est maius nec minus alio pertransito. **S**eptimo dato opposito conclusionis sequitur qd. a. linea breuior. b. linea posset fieri longior ea per solam motus localem omni rarefactione: et condensatione amota. quod videtur esse inconueniens probatur consequentia. nam sint. a. et b. due linee eque distantes protense in infinitum versus orientem. finite tamen versus occidentem. et sic se habeant qd. b. versus occidentem terminetur ad centrum alicuius circuli. a. autem citra. tunc p; qd. b. versus occidentem est protensa ultra. a. et per consequens. a. videtur esse breuior. tunc vterius imaginemur qd ille due linee circinuoletur: fixe tamen manentes circa puncta ad que terminatur in circulo. circinuoletione autem facta. a. protenditur ultra. b. sicut prius. b. protenditur ultra. a. sicut p; volenti intueri. ergo videtur qd per solam talis circinuoletione. a. qd prius erat breuior. b. factum sit longius. b. inter omnes istas rationes ad quartam conclusionem positas primam magis pondero. **D**ubitatur. nos possumus imaginari magnitudinem infinitam. ergo magnitudo infinita saltem potest esse. consequentia probatur. quia non possumus aliquid imaginari nisi imaginatione nostra ab aliquo moueatur. ergo si imaginemur aliquam magnitudinem infinitam: videtur qd ad extra sit aliqua magnitudo infinita mouens ad huiusmodi imaginationem. **R**espondetur qd de infinito non possumus habere nec habere aliquem conceptum simpliciter plusq; de chimera. lz bene aliquem conceptum complexum de infinito habemus. et illi nihil correspondet in re propter hoc qd non est apte nate pro aliquo supponere. sed bene potest esse. vti ego bene percipio corpus et percipio ipsum esse finitum. deinde remouendo hoc ab illo conceptu corpus sine termino. et talis conceptus complexus non habet correspondentiam in re quibus partes eius habeantur. et talis conceptus complexus est conceptus infiniti. imaginando ergo corpus infinitum non mouemur ab aliquo extra quod sit infinitum. sed mouemur ab alijs rebus per quas spes diuidendo eas ab inuicem formamus in nobis conceptum de infinito. qui tamen sicut dixi semel totum non habet correspondentiam in re sed semel partes eius recte sicut est de conceptu chimere.

**A**d rationes ad primam nego antecedens. ratio negationis p; ex prima ratione adducta ad quartam conclusionem. Simili modo respondetur ad secundam. **A**d tertiam nego antecedens pro probatione. dico qd aliquid esse compositum ex infinitis partibus equalibus non sufficit ad hoc qd sit infinitum. sed requiritur cum hoc qd ille partes non sint comunicantes. s; qd omnino vna sit extra alteram. sed sic non est in proposito. **A**d quartam que stabat in hoc qd sicut magnitudo potest diminui in infinitum per diuisionem ad subduplum. et ad quadruplum etc. ita per appositionem illarum partium ad aliam magnitudinem illa alia videtur crescere in infinitum. s; ad duplum: et ad quadruplum etc. hoc nego. qd cum aliquid magnitudo per ablationem sue medietatis ad duplum diminuat. tunc alia sibi equalis per additionem illi ad eam ad sextuplum solus auget. et sic non tamen augetur vna magnitudo per additionem alicuius. qd refecit ab vna alia quod diminuit illa a qua sit refecatio. **A**d quintam dico qd non est possibile qd ex infinitis corporibus equalibus non comunicantibus fiat aliquod corpus infinitum deducta rarefactione et condensatione. **E**t cum dicebatur qd infinite essent ibi spissitudines circumsistere inter quas maxima esset finita. admitatur. **E**t cum vterius arguebatur. ergo spissitudo ex omnibus his aggregata haberet finem. bene procedit. sed aliter non. si ille spissitudines haberet se

admuticem continua proportione. modo nō est sic. vnde nō eodem modo habet se prima ad secundas sicut secunda ad tertiam et in hoc est dissimilitudo inter illas spissitudines et partes proportionales continui nam partes proportionales in continuo se habent in continua proportione ita q̄ q̄ est proportio primi ad secundum talis est proportio secundum ad tertium. et sic ultra. sic autem non est de illis spissitudinibus. Ad sextam cum arguitur de superficie negro q̄ aliqua sit superficies infinita. Et cum arguebatur de angulo recto dico q̄ non est infinitus licet sit compositus ex infinitis angulis non coicantibus quorum quilibet aliquo dato est maior scilicet angulo contingente. vnde hoc non sufficit ad infinitatem anguli: sed requiritur si debeat esse infinitus q̄ sit compositus ex infinitis angulis non comunicantibus. quorum quilibet angulo dato eiusdem speciei sit maior: modo sic non est de angulo acuto rectilineo et angulo contingente. sunt enim anguli diversarum specierum. Ad septimam cum arguebatur de magnitudine lineali dico q̄ illa bene probat istam conclusionem q̄ infinita est magnitudo linearis: non tamen probant aliquam magnitudinem linearem esse infinitam. et primum est concedendum. secūdam vero negandum s̄z q̄ patet ex dictis i questione.

Adhuc autem necessarium infinita magnitudine eē etiā loca ipsarū etc. Textu p̄mē. lviij.

Questio decima.

Quantum

propositoꝝ. erat vtz infinitus possit esse maior vel minus alio si essent plura infinita. seu utrum sit vnam comparabile alteri. arguitur primo q̄ sic. quia si esset plura quolibet eorum esset quantum. propter autem eam equale vel inequale dici sicut dicitur Aristoteli in predicamentis. ergo infinitum potest esse infinitum equale vel inequale: et per consequens comparabile s̄z maior et minus. Secundo. omne comparatum alteri aut excedit ipsum: aut exceditur ab eo aut est equale ei. ergo sic videt esse de infinito respectu infiniti si essent plura. Tertio infinitum est comparabile finito. quia maior est infinito. ergo a fortiori est comparabile infinito. quia comparatio fit inter res eiusdem rationis modo magis conveniunt duo infinita q̄ finitum et infinitum. Quarto. a. et b. infinita si eēnt vel essent equalia vel inequalia si equalia sic sunt comparabilia. si inequalia tunc vnus est maior et alterum minus. q̄ quinto metaphysice dicitur qd̄ inequale idē est qd̄ maior aut minus. Quinto duo infinita sibi invicem supposita sic se possunt habere qd̄ neutrum excedat aliud nec excederetur ab eo. ergo essent equalia. sequentia tenet. per vniū principij geometrie. antecedens p̄z. si esset duo ligna versus oriens infinita. et versus occidentem vnum eorum nō eēt potentiam vltra aliud. et vtrumq̄ eorum esset pedalar latitudo. Sexto omne totum est maius sua parte in aliqua proportione. modo vnam infinitū potest signari tanq̄ portio alterius sicut columna infinita esset portio infiniti vndiquaq̄ et multitudo partium; medietatis est portio multitudinis partium totius. Septimo. omne contentum est minus corpore continente vel aggregato ex continente et contento. s̄z columna infinita esset contenta in infinito vndiq̄z si esset ergo et cetera. Octavo illud quod totū occupat est maius illo quod non totum occupat. quia si non tunc pari ratione vnam occuparet totum sicut alterum. modo sic ē de duobus infinitis quorum vnam est infinitum vndiq̄z et aliud non. Nonno omne corpus est in loco sibi equali. quarto infinitum et locus eius infinitus sunt equalia et capiendū locum p̄ superficie continēte infinitum. et sic saltem superficies equalis. Decimo sic. sit a. vniū infinitū s̄m longū pedalar latitudinem et profundū. tunc sequitur. a. excedit. b. s̄m vnā dimēnsionē et s̄m qd̄. et nō excedit s̄z aliā. ergo ē maior. ista p̄sa tenet. nam sic est i oibus corporib⁹ finitis. ergo v̄ sic eē i in

finitis si essent. Et si diceretur q̄ licet in corporibus finitis sic sit non tamen in corporibus infinitis sic esset si essent. videtur esse quoddam voluntarium et sine ratione. Unde primo. omne figuratum alio figurato est equale vel maius vel minus. p̄z statim. quia equalitas et inequalitas maxime probantur de figuris in geo. modo si essent due columne infinite ipse essent figurate adhuc figuris eiusdem rationis. ergo videtur q̄ si essent plura infinita ipsa essent adinvicem comparabilia. Duodecimo sit. a. finitum dupluz ad. b. tunc continue p̄ partes proportionales hore dupletur vtrūq̄z tunc statim p̄z q̄ nihil deperditur continue per horam de ista equalitate aut proportione. quia continue. a. est dupluz ad. b. ergo in fine adhuc est duplum. quia non deperditur subito in vltimo instanti cum additio sit successiva: et tamē in fine sunt duo infinita vt statim sequitur ex casu. et per idēz potest argui q̄ vnum infinitum ad aliud sit duplum triplū quadruplum etc. Tredecimo. sit. a. mobile qd̄ in qualibet parte proportionali hore pertranseat vniū pedale et. b. similiter: tunc in fine. a. et. b. fuerunt equaliter mota. ergo pertransuerunt spacia equalia: sed ex casu sequitur q̄ illa spacia sunt infinita. ergo per imaginationē sequitur q̄ duo infinita sunt equalia. et per consequens comparabilia. 14. arguitur sic. moneatur. a. per bipedale et. b. per pedale sicut prius in qualibet parte proportionali hore: tunc. a. mouetur in duplo velocius p̄time. ergo ex diffinitioe velocitatis posita. 6. phy. a. in duplo veloci⁹ mouet. ergo in fine p̄trāsuit in duplo maius spaciū. s̄z qd̄libet eorum p̄trāsuit infinitū. ergo vnum infinitū alteri. est duplū: et ita potest argui q̄ infinitū potest duplari et quadruplari. et sic vltim⁹. 15. arguitur sic. infinitū posset augeri. ergo infinitū infinito potest eē mai⁹ sequentia tenet. antecedēs p̄ba. q̄ ad infinitū qd̄ non est vndiq̄z infinitū potest fieri additio. ergo ex descriptioe augmentationis fiet augmentatio. q̄ augmentatio est prioris q̄tatis additamentū. sic ergo argumentū est de infinito s̄m extensivisionem. Deinde arguitur de infinito s̄m virtutes vel intensivisionem: nam sit. a. vna columna infinita. et. b. vna alia supposita. et sit. a. calidum vniiformiter in quolibet p̄cto duobus gradibus intensiue. et. b. infinitū vniiformiter frigidū i quolibet suo p̄cto vno gradu frigiditatis. tūc p̄z qd̄libz pedale ipsi⁹. a. aget i p̄te. b. cui supponit. ergo totū. a. aget in totū. b. s̄z tam caliditas q̄ frigiditas est infinita. ergo vnus infinitū aget in aliud. et q̄ agens excedit passivum et est maius eo statim sequitur q̄ vnum infinitum est maius alio. Eodem modo eēt si imaginaremur. a. eē vnus grauior ita qd̄ quodlibet pedale eius eēt sicut vna libra in grauitate. et quodlibet pedale eius eēt sicut vna libra in grauitate. q̄ posito. a. mouet. b. et faceret. b. descēdere tali velocitate sicut bipedale moueret pedale. et hoc eēt a proportione dupla. ergo vnus infinitus ē alteri duplum. et per p̄sa maius. etiaz quia. a. est calidius. b. vel grauius sequitur q̄ habet maiorem caliditatem q̄ sit frigiditas vel leuitas ipsius. b. et tamē vtrūq̄z illoꝝ esset infinitum. Secundo sic. sit. a. infinitus calidus infinite extensivie et intensivie. et. b. infinitum habens caliditatem infinitaz extēsiue solum. tunc cum. a. sit calidius. b. in infinitum sequitur q̄ caliditas eius sit maior in infinitum q̄ sit caliditas. b. que etiam est infinita. quia in vno pedali ipsius. a. est caliditas infinita. et tamē est maior in toto. a. Deinde arguitur de p̄portione infinita. q̄ dicitur quinto euclidis. si aliqua fuerunt continue p̄portionalia proportio primi ad tertium est dupla ad proportionem primi ad secundū. modo qualis est proportio corporis ad superficiem talis est superficiē ad lineam. ergo proportio infinita corporis ad lineam est in duplo maior q̄ sit proportio corporis ad superficiem. Secundo in eodem quinto euclidis dicitur. q̄ si due quantitates comparantur ad tertiam illa tertia habebit ad maiorem maiore proportionem sicut. 4. maiorem habent proportionem ad. i. q̄ ad duo ergo angulus rectus habebit maiorem proportionem ad angulum contingente minorez q̄ ad maiorem. et ad vtrūq̄z habet infinitam. vt patet tertio euclidis. ergo vna proportio infinita est altera maior. Deinde arguitur de tēpore. q̄ si mūdus fuit ab eterno sicut fuit s̄m Aristotelem. tunc

luna fuit infinites eclipsata . ergo totum tempus quo luna fuit eclipsata fuit infinitum ideo videtur qd totum tempus eternum non sit maius illo tempore i quo luna fuit eclipsata nisi tunc ponatur vnum infinitum esse maius alio. 2<sup>o</sup> no esset eligibilis nunc incipere habere bonum in perpetuum qd expectare ad huc. 100000. annorum. qz vtroqz modo haberetur bonum infinitum in duratione et vna duratio infinita non est maior alia. ergo etc. 3<sup>o</sup> sequeretur qd no esset fugibilis habere malum perpetuum aliquantum intensus qz in duplo vel in quadruplo magis intensum. qd videtur esse falsum. consequentia tenet. qz vtroqz esset malus si militer infinitum. et si alterum non esset mal<sup>o</sup> tunc no esset fugibilis. Deinde arguit de deo. sequeretur qd deus non potest mouere infinitam posito qd fecisset vnus infinitum. pna tenet. qz deus no esset potentior. ex quo vnu infinitum no esset maius alio. Secundo si faceret qualitate infinitam que esset virtus infinita tunc deus non esset maioris virtutis: quod est inconueniens. Tertio cu ipse sit omnipotens tollatur ab eo per imaginationem virt<sup>o</sup> calefaciendi et dimittatur quo ad alia tunc est minus potens. ergo potentia infinita e diminuta. et tamen ad huc est infinita. qz potest producere infinitam frigiditatem.

**Oppositum** arguitur. nam infinitum si esset vel spatium imaginatum quod esset infinitus. et sic esset infinitum infinito equale qd Ari. et cometator reputat impossibile tertio physicoz. modo si impossibile est infinitu infinito esse equale pari ratione videtur qd impossibile sit infinitum infinito esse maius vel minus. et per consequens videtur qd impossibile sit infinito esse copabile. In ista qone p<sup>o</sup> ponat duas breues distinctoes. deinde p<sup>o</sup>ones.

**Prima** distinctio est qd equale dicitur dupliciter. vno modo quando aliqua dicitur equalia sine additione et totum totu est equale in summa. et isto modo nihil simul est eidem equale et inequale. Alio modo aliquid dicitur equale alteri fm quid. s. fm latum vel fm longum. aut a dextris aut a sinistris etc. et sic aliqua similitur sunt equalia et inequalia fm quid. quia aliqua equalia fm profundum sunt inequalia fm longum et etiam fm latuz. Secunda distinctio. qd aliquid dicitur maius alio dupliciter. vno modo proprie quia ad aliquod certu habet maiorem proportionem sicut tripedale ad pedale habet maiorem proportionem qz bipedale. ergo est maius eo proprie sicut patet ex quinto euclidis. secundo modo aliquid dicitur maius alio improprie. quia continet aliquod totuz et ad huc plus licet non habeat ad illud maiorem proportionem. sicut si. a. esset aggregatum per imaginationem ex vno corpore et vna superficie. et b. esset corp<sup>o</sup> equale. a. accepto sine illa superficie. tuc. a. esset maius. b. improprie. quia indivisible additu indivisibili non reddit ipsum maius.

**Quantum** ad secunduz pro prima conclusio ne ponede sunt tres suppositioes. 1<sup>a</sup> Prima est qd nihil potest fieri maius qz sit soluz ex alia ordinatione et situatione partium. nec potest fieri min<sup>o</sup> sine subtractione vel condensatione. similiter nulla multitudo pot fieri maior multitudine sine additoe vnitatis nec minor sine subtractione. 2<sup>a</sup> suppositio. qd quecuqz sibi invicem supposita vel per imaginationem applicata sunt si vnum no excedit aliud nec exceditur: vnuz eoruz nec est maius nec e min<sup>o</sup> alio. et similiter e de multitudinib<sup>o</sup> q sic se hnt qz cuiuslibz vnitati i vna corrident vntas i alia eaz vna non e maior altera neqz minor. et hoc videt per se ma<sup>m</sup> postqz vnu no excedit alter. 3<sup>a</sup> suppositio qd infiniti ad infinitu nulla est proportio finita sicut dupla vel tripla et cetera. qz tunc sequer qd finiti esset medietas infiniti vel pars aliquota. ita qd finites sumpta faceret infinitu. quod implicat. et intelligo hoc de infinitis que essent eiusde rationis. Tunc sit pma p<sup>o</sup>ctio. nullu infinitu altero infinito e mai<sup>o</sup> aut min<sup>o</sup>. scilicet corpus corpore: superficies superficie. multitudo multitudi. tep<sup>o</sup> tempore. virtus virtute. pbaf. naz impossibile e infinitu e sicut dictu e pus. ergo et cetera. Alter arguit sic. nam per imaginationem si e possibile sit. a. vnum cor

pus infinitum vndiqz. et b. sit vnum aliud infinituz pedale later latum et pedalter profunduz et in infinitum longu form versus occidente tuc per imaginatione dimisso. a. sumatur p<sup>o</sup>mu pedale de. b. et fiat spicuz. deinde secundu addat primo et fiat totuz spicuz. deinde tertiu. deinde qrtu. et sic vltra. et non fiat rarefactio nec aliunde additio. et cotinuetur hoc fm partes proportionales hore. qd aduersari<sup>o</sup> non reputaret impossibile. tuc in fine hore totu hoc erit infinitum vndiqz quia infinite sunt facte additiones equales. ponat ergo per imaginationem qd applicetur ipsi. a. ac si duo corpora essent simul tunc no excedit. a. nec excedit. quia qdlibz vndiqz est extensuz. ergo per secundu suppositione no erit maius neqz minus. sed ipsi. b. nihil est additu nec argumetatur. ergo in principio quado erat infinitu form fm longuz et ab vna parte no erat malus qz. a. neqz minus. s. tamen si aliquid infinituz est vel potest esse maius alio. a. deberet esse maius. b. Et si dicat qd no imo forte sunt vel possunt ee duo alia infinita quoz vnu esset maius alio. hoc non valet. qz de quibuscuqz alijs infinitis potest eodez modo argui vt fiat ratio in generali arguendo sic. omne infinitu potest taliter aptari sine diminutione vel argumetatione qd alteruz infinitum non excedit ipsuz nec excedet ab eo. ergo nullu altero e mai<sup>o</sup> vel minus. ans pz ex casu posito. pna tenet ex suppositionib<sup>o</sup>. Juxta eandem imaginatione seqt qd ex b. pot fieri infinitu vndiqz. et tñ b. adhuc no eet diminutu. vt si capiatur secundu pedale et deinde qrtu et deinde 6<sup>m</sup> et deinde 8<sup>m</sup> et sic vlti<sup>o</sup> s. partes alternatas et ponat in glo/bo sicut pus et alia pedalia remanentia piugaf. tuc pz ppositu. Nec solu hoc sequitur sed etia qd ex ipso b. no diminuto pot fieri adhuc vnu aliud infinitu p eade via imo infinites infinita. Ex hac imaginatione sequit qd impossibile e infinituz esse sicut dicebat in pcedeti questione. Secundo arguitur ad conclusionem sic. aut infinituz excederet infinitum excessu finito aut infinito. non finito. quia tunc esset ppositio in infinitum parua. quod pz. qz si eet certa ppositio sicut dupla: tunc finitu eet medietas infiniti vel pars aliquota. qd e ptra tertia suppositione. et si eet infinitu modica tuc vnu no e mai<sup>o</sup> alio pprie. sic pz ex secunda distinctione. Nec pot dici qd vnuz infinitu excedat aliud excessu infinito: qz aut hoc esset finite. s. in certa ppositione sicut dupla vel tripla et cetera. aut infinite vltra omne proportionem finitu non potest dici primum. nam tunc vnum infinitum esset medietas alterius infiniti cuius oppositum ostenditur tertio physicoz. nam sicut prius dicebatur non posset assignari vbi esset mediu. sicut patet de tempore eterno. nec potest dici scdm. nam tunc non esset pprie maius sicut dicebatur in secunda distinctione sicut nec corpus est pprie maius superficie nec superficies linea. Tertio nam sit. a. vna linea sicut octo et. b. sicut vnu. tunc fm partes proportionales hore cuilibet addatur vnum. qd est possibile fm aduersariuz: tunc in fine quelibet illarum linearum erit infinita et etiam fm aduersarios. a. in fine hore excederet. b. excessu finito. scilicet per septem. sed hoc est falsum. quia inequalitas est diminuta in infinitum. vnde semper fit minor proportio in infinitum. a. ad. b. in tali additione. et sic videtur qd in fine hore talis proportio. a. ad. b. fit diminuta usqz ad non gradum. et per consequens in fine hore. a. non erit maius. b. nec inequale. Quarto arguitur de multitudine. nam sit vnum pedale per imaginationem dimisuz per partes proportionales tunc super primam partem sit aliquod album super secundam sit aliquod nigrum. et super tertiam. iterum aliquod album. et super quartam iterum aliquod nigrum et sic alternatim de alijs partibus proportionalibus. tunc auferatur primum nigrum et transferatur secundum album super secundaz partem. deinde auferatur tertium nigrum transferendo sicut prius. et consequenter amouentur omnia nigra. istum casum concederent aduersarij tunc clarum est qd super qualibet partem erit aliquod album. ergo per primu suppositione multitudine alboz non est maior nec minor multitudine partium ppositio: tam: et p idē patet ex principio casus qd tota multitudo alboz et nigroz



rum non est maior nec minor multitudi-  
 ne partium proportionalium: ergo sequitur qd alba: & nigra simul sumpta no  
 sunt plura nec pauciora qm alba solum. Eodem modo si su  
 per primam ponatur unum album: deinde transferendo  
 ponatur secundum album super millefimum: deinde sup mille  
 simam ab illa: & sic consequenter probabitur ut prius qd partes  
 proportionales non sunt plures qm illa alba: & simile argum<sup>m</sup> so  
 let fieri de coronis vel coluntis. Quinto arguitur de virtu  
 te. & sint. a. & b. due virtutes infinite in adversariis res  
 spectu effectuum eiusdem rationis: tunc arguitur. qd tunc pot. a.  
 tunc. pot. b. ergo neutra excedit reliqua. pna nota est. & asis  
 ps. qd si a. potest plus qm b. tunc b. non est virtus infinita. qd  
 non posset tunc quoniam una alia posset plus. Et confirmatur: qd  
 ex effectibus arguitur maiestas virtutis. ergo si virtus est i  
 finita potest in effectum infinitum: & iam probatum est infini  
 tum infinito non esse minus: ergo una talis virtus non potest  
 esse maior qm alia. Pro secunda conclusione sit prima supposi  
 tio. qd portio alicuius non est equalis illi cuius est portio: & cum  
 quod est eiusdem rationis: hoc videtur per se notum. qd si negaret eode  
 modo posset dici qd pars & illud cuius est pars essent idem vel  
 equalia. Secunda suppositio. si unum superexcedit & trascen  
 dit aliud & non ab aliqua parte exceditur ab illo illa non sunt  
 equalia. qd videtur esse per se manifestum ex qd nominis  
 equalitas. Tercia suppositio. si ab equalibus equalia de  
 mas qd remanent erunt equalia. siue depta habeat portio  
 nes: ad residua siue non. sicut si a duobus angulis rectis re  
 moueantur duo anguli contingente equalia. restant equalia. Et  
 iterum si equalibus iungantur equalia tota sunt equalia siue ha  
 beat portionem siue non sicut prius. & non est ratio quare  
 ista sint magis vera de finitis qm de infinitis si essent. Tunc  
 sit secunda conclusio. aliqua duo infinita non sunt equalia. pba. na  
 sit. a. corpus infinitum vnde equalitas. per adversarium. tunc in  
 eo potest signari portio que est pedaliter lata & profunda & in i  
 finitum longa solum versus occidentem qd sit. b. tunc arguitur sic. a.  
 & b. non sunt equalia. ergo aliqua duo infinita non sunt equalia.  
 a. a. p. q. b. est portio. a. ergo per primam suppositionem  
 b. & a. non sunt equalia. Sed contra probatur. nam ipsius. a.  
 est simpliciter infinitum ex casu. & b. non habet portio ex ipso. b.  
 fieri simpliciter infinitum sine additione & sine ratiocinatione  
 in quod patet ex probatione precedentis conclusionis. ergo  
 si a. & b. non sunt equalia aliqua duo infinita non sunt equalia.  
 Confirmatur antecedens huius rationis. a. transit vlt  
 tra. b. in aliqua parte & non exceditur. a. b. in aliqua. ergo si  
 sunt equalia. antecedens patet. ex casu consequentia t. per  
 secundam suppositionem. Secundo. sit. a. pedaliter latum & profun  
 dum & in infinitum longum versus occidentem solum. & b. si  
 simili modo. & superponantur ita qd unum non transcendat al  
 terum. tunc. a. & b. videtur esse equalia si aliqua infinita sunt  
 equalia. deinde iungat ipsi. a. corpus quatuor pedum. & sit  
 c. ipsi. b. iungat. d. corpus unius pedis. tunc arguitur. si. a.  
 & b. non sunt equalia habet intentum. si sint equalia. ergo per  
 tertiam suppositionem. adiectis. c. & d. equalibus tota sunt i  
 equalia. ergo duo infinita. f. a. c. ex una parte. & b. d. ex alia  
 sunt non equalia. qd est propositum. Confirmatur. sint. a.  
 & b. corpora ut prius. & trahat. a. ad orientem vsq. quo. a.  
 trahat extremitatem. b. tunc. a. superpositum. b. transcendit ip  
 sium. & non e converso. ergo. a. & b. non sunt equalia. Tercio  
 sit. a. & b. duo infinita qualitercumq. non tunc vnde quocumq.  
 tunc adiungat. c. quadrupedale. ipsi. a. & d. unius pedis.  
 ipsi. b. tunc vel duo. infinita. a. c. & b. d. non sunt equalia. &  
 habet portionem. vel sunt equalia. & tunc deptis equalibus  
 f. a. & b. remanent per tertiam suppositionem. c. & d. equalia.  
 qd est contra propositum. Si dicat qd. a. & b. non sunt equalia  
 hoc est qd peto. & sic semper sequitur propositum. Confirmatur  
 sint. a. & b. ut prius. qd si non sint equalia habet intentum. si sint equalia  
 illa adiungat. ipsi. a. secundum latum unum infinitum oino simili  
 le. quod sit. c. & ipsi. b. unius pedale. qd sit. d. tunc vel. a. c.  
 & b. d. sunt equalia vel non equalia. si non equalia haberetur  
 intentum. si sint equalia tunc per tertiam suppositionem. de  
 ptis. a. & b. equaliter remanebit. c. infinitum equalia. d. si  
 non. quod est impossibile. Quarto potest argui. de mul  
 titudinibus. & sit. a. multitudo partium proportionalium unum

ius ordinis quanti pedalis. & b. multitudo infinita partium p  
 portionalium alterius ordinis. ut verbi gratia. a. sit multi  
 tudo medietatum proportionalium. & b. tertiarum. tunc ipsi  
 a. addat unum. que sit. c. & ipsi. b. addat una alia multitu  
 do infinita. que sit. d. tunc. si. a. & b. non sunt equalia habe  
 tur intentum. si sint equalia. aut ergo. a. c. & b. d. non sunt  
 equalia. & hoc est propositum. si sint equalia. tunc deptis  
 equalibus. f. a. & b. residua remanent equalia. f. c. vntas  
 & b. multitudo infinita. sed hoc est impossibile. pna tenet per  
 tertiam suppositionem. Aliter potest argui. qd quedam mul  
 titudo infinita est portio alterius multitudinis infinite: ergo  
 quedam cuida non est equalis. consequentia tenet. per primam  
 suppositionem. pba. antecedens. qd si sit multitudo infini  
 ta alborum & nigrorum simul. multitudo infinita alborum  
 solum est portio multitudinis infinite alborum & nigrorum occu  
 pantium partes proportionales alicuius partium iuxta imagina  
 tionem. quare rationis ad primam conclusionem. Consimili modo potest  
 argui de virtutibus. qd non dicitur infinite. nisi qd potest producere  
 infinitum effectum: & id ex non equalitate effectuum arguetur non equalitas  
 carum vel virtutum. Conclusa ergo qd in quolibet ge  
 nere in quo potest imaginari infinita aliquid alteri est non equalia. &  
 hoc concludat iuxta dea & processa adversario. Tercia con  
 clusio. nulla infinita sunt ad invicem comparabilia. pba. nullum in  
 finitum est minus alio nec minus. per primam conclusionem. ergo vel  
 oia sunt equalia vel non sunt ad invicem comparabilia. si non oia  
 sint equalia per secundam conclusionem. ergo oia non sunt ad invicem  
 comparabilia. & hoc dicitur conclusio. Quarta conclusio. infinita si essent non  
 essent ad invicem comparabilia. p. per conclusionem precedentem. et essent ad  
 invicem comparabilia. pba. qd ad ipse sequitur qd. m. o. impossibile  
 le est esse infinitum. & per pna impossibile est esse infinitum sicut dicitur  
 est precedentem rationem. ergo & c. Tertia dicitur conclusio isero  
 qda corla. Primum. infinitum non potest augeri nec addedo si  
 nitum nec addedo infinitum. p. b. qd augeri est fieri maius. modo infini  
 tum si non potest fieri maius. aliter enim aliquid esset maius infinito. qd est  
 contra primam conclusionem. Tunc in corre. qd nec potest minus  
 nisi tollendo infinitum & cum hoc qd remaneat solum fini  
 tum. vnde existente infinito non potest minorari. Tercio se  
 quitur qd non potest duplicari nec triplicari. qd hoc est augeri. nec  
 est subduplicari vel subtriplicari. qd tunc diminueret ipso re  
 manente infinito. modo nunquam finitum est subduplicari ad  
 infinitum aliter enim ex duobus finitis posset constitui infini  
 tum. qd est falsum. Quarto sequitur qd infinitum non est  
 pars proprie dea nec aliquota. sicut duo sunt pars ipsorum sex.  
 nec est non aliquota sicut tria sunt pars ipsorum quinque. p. na  
 talis pars infinitum non est aliquid finitum qd infinitum ad finitum  
 non est aliqua proportio nisi sicut linee ad punctum. Nec est  
 aliquid infinitum. qd tunc infinitum ad infinitum haberet aliqua  
 certam proportionem qd est inter maius & minus. et ois pars est  
 minor: suo toto & sibi comparabilis: sed infinitum infinitum non est  
 comparabile. nec minus nec maius. Quinto sequitur qd infini  
 tum non est totum nisi valde improprie. p. q. totum dicitur relative  
 ad partem. & iam ostensum est qd non habet partem. ergo & c. Se  
 xto sequitur qd ipse infinitum est portio valde improprie. sicut forte  
 diceret punctum esse portionem linee. sicut dicitur primo posse  
 riorum suba linee est ex punctis. & sic linee diceret portio infini  
 ti. & infinitum portio infiniti. sed non proprie. qd infinitum non habet proprie  
 portionem neque finitum neque infinitum. Septimo sequitur qd infini  
 tum posset demi ab infinito. sed esset absque diminutione  
 infiniti. imo infinitus infinita sicut potest patere ex prima & qd  
 ta ratione scilicet ad primam conclusionem. Octavo sequitur qd co  
 tinua augmentationem finitum fieret subito infinitum. si pos  
 sibile esset fieri infinitum. ita qd in instanti sit finitum & in  
 diate post infinitum. vel e converso. f. in instanti est infinitum.  
 & immediate ante erat finitum. Sicut patet in exemplo i tra  
 spositione partium proportionalium: vnde est unum instanti  
 in quo sit transpositio subito de multitudine finita ad infinitam  
 recte. sicut est dare primum instans in quo quilibet pars  
 proportionalis alicuius partium est pertransita. & immediate an  
 te illud instans non. Tercio corre. qd per subtractionem finiti  
 ab infinito infinitum fieret subito finitum. ita qd i tali subtrac  
 tione deventret ad aliquid instans i quo primo erit verum dicere  
 nunc illud per subtractionem factum est finitum & imedia

te ante h non. **Decimo** seqt q infinitum non pot mouere infinitum nec successive nec subito. et hoc dicit Aristo. primo huius. no successe nec subito. qz talis velocitas seqt pportione mouetis ad motu: mo infini ad infinitu no e pportio: nec subito. qz tuc infini esset maius infini in infini. qd e falsum.

**Ad rationes** ad prima qd dicebat infinitum si esset eor qstum. ver est: etiaz si esset ipsum non esset qstum cum ad iposibile sequantur dicatoria. et sic infinitum si esset vel si essent plura vnu esset maius alio. et esset sibi coparabile: et non esset maius alio nec esset sibi coparabile. et ideo qcquid tibi placet sequitur ad i finitum esse. **Ad scdm.** omne coparabile et. pcedo totum. sed nego q fit sic de infinito. quia infinitum non est ali cui coparabile. **Ad tertiam.** infinitum esset comparabile finito et. concedo. etiam dico q non esset comparabile finito. cum sicut iam dicebatur ad infinitum esse sequantur contradictoria postquam infinitum esse est impossibile sicut probatum est in precedenti questione et conformiter etiam potest responderi ad omnes alias rationes iuxta ide fundamentum.

**Quod quide igitur non est corpus omnino infinitum ex his manifestum et. Textu cometi septuagesimi quinti.**

Questio. xi.

**Extum** propositum erat. vtruz mundus sit magnitudo si finita vel infinita: videtur q sit magnitudo si finita. qz totum occupat. tale autem est infinitum. **Secdo** nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundum videret esse spacium infinitu. et sic adhuc sequit q eor dare actu infinitum: cuius oppositum prius dictum est. Et confirmat. qz si mundus esset magnitudo finita aliquis extens in extremo mundi vitz posset extendere brachium suum: cum nulluz videatur esse impediens ipm. et p hca ibi videt esse spaciu: et non finitum: qz non videt ro vsqz ad qstum illud spacium esset extensus p se. Et pfirmatur qz nisi extra mundum esset spacium vel locus sequeretur qz vltimum celum non moueretur localiter. hoc est falsum. falsitas consequentis patet qz mouet et non alio motu specie a motu locali. ergo. consequentia probat. na tuc vltimu celuz no esset in loco. et per psequens non mutaret locu: et cu latio seu motus localis sit loci mutatio seqt illud quod dictum est. i. qz vltimum celum non mouetur localiter.

**Oppositum** vult Aristo. i. littera q pbat hoc tanqz vna pclusionone principale qz mundus sit magnitudo finita. **Uic** erunt duo articuli. **Primus** erit de principali qsto. **Secus** erit postqz mudus est magnitudo finita vtruz extra ipm sit aliqd. pnta spaciu i finitu vel aliqd aliud. de quo iam tangebatur in arguendo.

**Be primo** sit ista conclusio q mundus est magnitudo finita. probatur. mundus e magnitudo iuxta prius dicta. vel ergo est magnitudo finita vel infinita. si finita habetur propositum. si infinita tunc sequitur q aliquid esset actu infinitum. cuius oppositu ostensum est in precedentibus.

**Be secundo** videt q extra muduz sit loc: qz aliter no posset saluari qz vltimu celuz moueret localiter. **Deide** vtruz extra mudu vitz sit spaciu: qz extra mudu deus posset adhuc creare vnum lapidem: sed talis no esset idimissibilis: imo aliqd spaciu diuisibile videret occupare. **Secdo.** qz deus talem lapidem extra mundu creati pot mouere motu recto: et facere euz distare plus ab vltimo celo q prius: sed no potest talia facere nisi per spacium. **Tertio** deus extra mundum posset creare duos lapides quorum vnus esset extra alteruz. ergo videt q de facto extra mundum sit extra. sed extra e differentia loci vel spacij: ergo videtur q extra muduz sit spaciu. **Confirmatur.** qz si tales lapides non essent sibi inuicem immediati. sicut deus posset eos creare: tunc vnus videretur distare ab alio. et per psequens extra celu videretur esse distantia per quas tales lapides creati distarent.

**Quarto.** na ponat q deus extra huc mundum formet duos alios mudos et illi tres mudu ptingeret se sicut spere imaginant se ptingere: videt qz iter illos tres mudos et pucta in qbus ptingerent se esset spaciu mediu et distantia media. alr. n. tangeret se fm superficies et no scdm pucta. qd est falsum. **Quinto.** no minus pcededu est spaciu extra celu qz iter orbis lune esset pcededu si oia corpora istra pcanqz orbis lune existentia essent annihilata: sz tali annihilatioe sca adhuc iter latera celi esset spaciu. pbat. qz adhuc latera orbis lune distaret sicut nunc posito qz orbis lune remanet in sua qstitate et figura. vnde no oporteret propter tale annihilationem latera celi sibi inuicem esse proxima quem admodum bene accidit de lateribus vesice expulso aere. **Et pfirmat.** tali annihilatione sca dens de nouo pot creare vnu lapide istra latera celi q plus distaret ab vno polo qz ab alio: imo pot illum lapidem mouere ab vno polo ad alium: ista aut non possunt saluari nisi inter latera celi remaneret distantia. **Sexto.** vbi no e corpus. sed pot esse. ibi e vacuum. sed extra mundum non est corpus cu mudus sit vniuersitas entiu. sed pot ibi esse. qz deus posset ibi creare corpus de nouo. ergo videt q extra mundum sit vacuz infinitum. cu non appareat ad qstuz illud p se debet terminari. **Septimo.** videtur q vitz extra munduz sit aliquid. qz dicit Aristo. in littera extra mundum esse entia inalterabilia optimam vitam ducentia. **De isto articulo** sit prima pclo. extra mundu non est corpus. pbat sic. oia corpus vel mundus est vel pars mundi. imo oia ens et no solum corpus cu mudus sit vniuersitas entiu. sz nec mundus nec pars mudu est extra muduz. ergo et. **Secdo** si extra muduz esset corpus vel hoc esset simplex vel mixtu cu omne corpus sit tale. si dicat q sit simplex cu no sint nisi gngz corpora simplicia fm spem. oporteret q illud corpus esset allicuius spet de istis qingz. et sic oporteret q vel esset nature celestis vel nature elementoz. si nature celestis esset ps mundi. et sic non esset extra mundu. si nature elalis adhuc esset ps mudu. et sic no esset extra mundu. si aut esset mixtu adhuc esset pars mundi. et sic non esset extra mudu. vnde oia corpus siue sit simplex siue mixtu e pars mudu. **Tertio** si extra mundu esset corp vel hoc esset ibi naturalr vel violente. si esset ibi naturalr hoc no pot dici. qz oia corpus siue simplex siue mixtu hz alibi qz extra mudu locu suum naturalr. et cu vnus corpus fm spem non sint plura loca naturalia fm spet seqt qz tale corpus no esset ibi naturalr. nec pot dici q violente. qz tuc ille locus esset alicui alteri corpori nalis. qd e iposibile. qz neqz esset nalis simpliciter neqz mixto. **Secda pclo.** extra mudu no pot esse naturalr allicui corpus. pbat. qz nec pot ibi esse naturalr corpus simplex nec corpus mixtu. qz tale nec pot ibi esse naturalr nec violente sicut iam pbat. **Tertia pclo.** extra mundu nec est nec pot esse naturalr aliqs locus. pbat. na si sit talis locus esset alicui corpori naturalis et alicui alteri violentus. qd est falsum. sicut pz ex iam probatis. **Quarta conclusio.** extra mundum nec est nec pot esse vacu. pbat. na vacuum dicitur vbi non est corpus: sed pot esse. modo licet extra celu non sit corpus cum hoc et non pot ibi esse corp et per consequens non est ibi vacu nec pot esse. vnde hic terminus vacuum cum sit terminus priuatius non significat solum carentia corporis alicubi sed cu hoc notat aptitudinem essendi corpus ibidem. **Quinta pclusio.** nec extra mundum pot naturalr esse motus. probatur. vbi non pot naturaliter esse corpus nec potest esse locus ibi no potest esse motus. sed extra celu non possunt esse b. ergo et. maior est no. ex hoc qz ad omnem motum requiritur corpus. minor patet ex dictis. **Sexta conclusio.** extra munduz non potest esse tempus. probatur. vbi non potest esse motus ibi non potest e tempus. sed extra mundum non potest e motus per precedentez conclusionem. igitur nec tempus. maior pz. ex hoc qz tempus est idem euz motus. quarto physicoz. **Septima pclusio.** deus et intelligentie nec sunt extra mundu nec sunt in mundo circumscriptione ps ex eo. qz huiusmodi carent situ et magnitudine. **Octaua conclusio.** deus et intelligentie sunt extra mundu priuatiue

Id est non habent situm in mundo. patet per precedentem conclusionem. cū quo bene fiat q̄ deus ⁊ intelligentie sunt pars mundi licet non habeant situm in mundo. **¶** Ex omnibus his concluditur hoc quod Aristoteles dicit in primo libro. q̄ extra mundum nec est corpus: nec est locus: nec est vacuum: nec est motus: nec est tempus: sed extra mundum sunt entia inalterabilia optimam vitam ducentia: exponendo ly extra prout scdm intellectum precedentis conclusionis. **¶** Non conclusio. ad saluandum q̄ deus supernaturaliter extra mundum posset creare vnum lapidem vel duos: vel vnum alium mundum vel plures non oportet ponere q̄ de facto extra mundum sit spacium vel vacuum vel distantia vel aliqd tale. p̄bat. nā si extra mundum de facto esset aliqd tale deus posset illud annihilare ⁊ non minus illo annihilato posset creare extra mundum illa que vellet sicut modo. igit̄ modo ponere extra mundū tale spacium vel talem distantiam propter creationem alicuius extra mundum possibilem supernaturaliter videtur esse frustrum omnino: q̄ similes fierent difficultates tali spacio annihilato que sicut modo. Etiam bene verisimile apparet q̄ deus non velit facere aliquid extra istum mundum: nec et alium mundum extra istum. q̄ si plures creaturas mundanas voluisset fecisse posset istum mundum in duplo vel in triplo maiorem fecisse: ⁊ sic propter creationem aliquorū de nouo non oportuisset ipm̄ dimisisse extra istū mundum aliqd spacium. **¶** Decima conclusio est. si oīa infra orbem lune essent annihilata. celo remanente in sua figura ⁊ q̄titate nisi esset inter latera celi. p̄ de se. nam si aliqd eēt inter latera celi non oīa eēt annihilata inter latera celi. quod est contra hypothesim. **¶** Undecima conclusio. tunc oīs iste eēt negā de. vacuum est inter latera celi. distantia est inter latera celi ⁊ similes. p̄ q̄ eēt affirmatiue quarū subiecta pro nullo supponerent. **¶** Duodecima conclusio. adhuc vnus potius distaret ab alio distātia curua. patet q̄ talis distātia curua p̄ta medietas celi esset inter eos. **¶** Tredecima conclusio. tali casu posito poli mundi ⁊ similiter latera celi non distarent distantia recta. probatur. nam tunc si sim lineam rectam inter ea eēt distantia non omnia eēt annihilata inter orbem lune: quod est contra hypothesim. **¶** Sed diceret si in dicto casu non distarent distantia recta: ergo tangerent se. negatur consequentia. nam vnus ad tactum requiritur. s. q̄ vnus sit protensum vsq̄ ad aliud: sed hoc deficeret in dicto casu. **¶** Adhuc diceret si non distarent saltem eēt intermediata propter hoc q̄ aliqua dicuntur immediata propter proutationem medij inter ea. modo in dicto casu inter ea nō eēt medij. **¶** Respondetur q̄ si ly immediata exponitur proprie. s. negatiue solum. sic q̄ illa dicantur immediata inter que non est medij. ⁊ q̄ hoc sufficit: bene p̄cederet q̄ eēt immediata. nec propter hoc oporteret q̄ eēt propria. sed si ly immediata exponat proprie. ⁊ affirmatiue. s. sic q̄ talia sint coniuncta scdm superficies eorum extremas. ⁊ inter ea non interciperetur medij tunc nego. q̄ in isto casu latera celi eēt immediata: q̄ licet inter ea non interciperetur medij non tamen propter hoc sunt coniuncta: ⁊ proxima scdm superficies eorum extremas. nec vnum eorum eēt protensum: vsq̄ ad aliud: nec contingerent se: qd̄ tamē requirit ad aliquā eē proxima: ⁊ coniuncta: ⁊ eē immediata dicto modo. **¶** Juxta istam imaginationem dico. q̄ si deus crearet inter latera celi vnam fabam omnibus alijs prius sic annihilatis inter latera celi potest illa faba moueri absq̄ hoc q̄ fieret p̄p̄quo: vel remotior a lateribus celi. **¶** Sed diceret quomodo motu vel locali vel alterationis vel augmentationis. ⁊ cetera. Dico q̄ vno motu: qui nō eēt alterationis nec augmentationis nec localis: licet eēt eiusdem speciei cū motu locali: ⁊ hoc si per motum localem intelligimus motum. quo aliquid mutat locum verum. ⁊ non solum imaginatum vel imaginabilem. vnde dico q̄ talis motus habet eiusdem speciei cum eo recte. sicut fortis licet non haberet albedinem tamen bene adhuc eēt eiusdem speciei cū platonis albo. ita q̄ sicut album est quoddam predicatum non pertinens ad substantiam fortis vel platonis. sic dico q̄ ly

localem est quoddam non pertinens ad substantiam motus qui dicitur localis vel motus eiusdem speciei: cū motu locali: hoc non obstante dico. q̄ adhuc non sunt nisi tria genera motuum scilicet augmentationis ⁊ diminutionis computando ambos pro vno. ⁊ motus alterationis. ⁊ motus qui dicitur localis denominatione accidentali ⁊ extrinseca si secundum ipsum mobile secundum ipsum verum. sed non dicitur localis: si mobile secundum ipsum non mutaret locum. **¶** Juxta idem dico q̄ vltima sphaera nunquam mouetur motu locali: nisi tunc largius vellemus capere motum localem: scilicet quo aliquid mutat locum verum vel imaginatum vel imaginabilem. sed vltima sphaera bene mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. **¶** Juxta dictam imaginationem vterius possumus imaginari. q̄ sicut deus posset omnia infra latera celi annihilare absq̄ hoc q̄ latera celi se tangerent sic in aliquo paruo loco. vt in grano milij ipse potest ponere vnum corpus. ita magnum sicut totalis mundus absque aliqua condensatione vel rarefactione vel corporum penetratione. vnde ita imaginandum est de corpore christi in hostia parua. nam in illa parua hostia corpus christi est ita magnum sine condensatione. ⁊ penetratione quacunq̄ sicut erat pro nobis peccatoribus suspensum in cruce. **¶** Juxta idem possumus imaginari q̄ in tali paruo grano milij posset creari vnum spacium in centum vel mille leucarum. vel quotquot volumus. Et consequenter imaginandum est q̄ aliquis homo in vno grano milij posset ambulare per mille leucas de vno extremo antequam perveniret ad aliud. ⁊ plura alia similia iuxta hoc essent concedenda.

**Ad rationes** ad primam. mundus occupat totum. potest hic dici q̄ mundus non occupat aliud spacium a se. ⁊ ideo sicut non occupat seipsum ita non occupat aliud spacium. Vel aliter dicitur sicut prius dicebatur quando dicitur infinitus est quod totum occupat verum est q̄ totum occupat spacium verum ⁊ imaginabile. sed hoc nego de mundo. **¶** Ad secundam. nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundus esset spacium infinitum. nego consequentiam. q̄ nec propter hoc esset extra mundum spacium finitum nec infinitum. Vterius gratia materie argumenti dico q̄ extra mundum deus posset creare bene spacium finitum. itam quā tum sibi placeret absq̄ hoc q̄ illud spacium esset infinitum. **¶** Ad tertiam si mundus esset magnitudo finita tunc aliquis existens in superficie vltimi celi posset extendere brachium suum. nego. ⁊ cum dicebatur nullum esset impedimentum resistens vltra mundum. placet mihi. sed vterius dico q̄ hoc non obstante non posset propter defectum receptaculi sicut loci vel spacij in quo brachium recipere tur brachium suum extendere. **¶** Ad confirmationem si extra celum non esset locus vel spacium vltima sphaera non moueretur localiter. concedo. cū quo tamen bene stat q̄ mouetur motu eiusdem speciei cū motu locali. ⁊ de hoc dicebatur in corpore questionis. **¶** Deinde erant ibi facte alie rationes. iuxta secundum articulum questionis. quibus etiam probabatur q̄ extra mundum esset spacium. que et restant soluende. **¶** Ad primam. extra mundus deus posset creare vnum lapidem. placet mihi. sed vterius dico q̄ talis lapis non esset in aliquo spacio neq̄ diuisibili neq̄ indiuisibili. q̄ non eēt in loco aliquo sicut nec totalis mundus. bene tamen concedo q̄ quādo crearetur lapis extra mundum etiam crearetur spacium extra mundum. ⁊ illud spacium non esset aliud q̄ ille lapis creatus. **¶** Ad secundam. deus potest illum lapidem creatum extra mundum mouere elongando ipsum a celo. dico q̄ verum est. sed hoc non potest esse nisi etiam crearet spacium in quo moueretur. ⁊ per quod haberet certum situm ad centrum vel celum. ⁊ ad partes celi. sed postquam deus absolueret illum lapidem a determinato situ ad celum ipse nec esse prope celum nec longe a celo. ⁊ de hoc etiam dicebatur in corpore questionis. **¶** Ad tertiam deus potest extra mundum duos lapides creare quorum vnus esset extra alius concedo accipiendo ly extra negatiue ad istum sensum q̄ vnus non

esset in alio. sicut nec vna intelligentia est in alia: sed vterius dico qd non potest facere vnum eorum extra alium positue. nisi concrearet eis spacium vel distantias per quod vel quam vnus eorum esset extra alium. & vterius dico qd extra negitiue acceptus non est differentia loci vel spaciij. sed bene extra positue & affirmatiue acceptum. Ad quartam ex eodem fundamento dicitur. Ad quintam dico. qd soluitur ex his que dicebantur in secundo articulo. Ad sextam vbi non est corpus sed potest esse ibi est vacuum. breuiter illud potest negari. qd vacuum non debet imaginari tam qd dimensio separata. sed tanqz corpus non locas qd aptum natum est locare. & qd extra mundum non est tale corpus. sequitur qd nec est ibi vacuum. Contra istud dico. qd si omnia infra orbem lune essent annihilata non propter hoc iter latera celli esset vacuum. licet bene concederes qd orbis lune esset vacuum: & iuxta hoc esset concedendum qd vacuum esset vna bona res puta celus. Sed diceret communiter dicitur qd vacuum nihil est: concedo. qd nullum est corpus quod aptum natum sit locare quin de facto locet. & ita hoc debet intelligi. & non aliter. & istud concordat dictis Aristotelis. in quarto physicozum. qd ipse vocat locum non dimensionem separatam non occupatam corpore: sed corpus locans secundum vltimam eius superficiem. Sic etiam secundum hoc non debemus vocare vacuum dimensionem separatam: vel imaginatam nullo corpore occupatam. sed debemus vocare vacuum corpus: quod non locat. sed aptum natum est locare. & ideo dicit Aristoteles quarto physicozum. describens vacuum qd sit locus non repletus corpore. Ad septimam extra mundum sunt entia inalterabilis &c. quid sit dicendum ad hoc etiam patet ex quibusdam conclusionibus positis iuxta secundum articulum. & hoc de questione sufficiat.

Ad medium itaqz qd hoc si inferat terra ide bic feretur illuc secundum naturam: & si manet hic inde non violentia: & feret secundum naturam hoc vna enim secundum naturam &c. Textu p̄m̄i septuagesimi septimi.

## Questio xii.

**Q**num est iuxta ordinem Aristotelis pcedere. & querere modo circa tertiam materiam principalem quas pertractat Aristoteles. in primo huius. s. iuxta finitatem mundi in maturadine. circa quam duo sunt. inquirenda. Primum est vtrum supposito qd essent plures mundi terra vnus mundi moueretur ad medium alterius mundi. secundum est. vtrum sint vel possint esse plures mundi. De primo arguitur qd non. Nam si deus ad istum mundum faceret vnum aliud non propter hoc terra vnus mundi haberet aliam inclinationem quam habet. sed tam non moueretur vel non inclinatur moueri alicubi nisi ad medium huius mundi. ergo neqz tunc. assumptum patet. ex eo qd ex quo terra est vnum corpus simplex: habet vnicam inclinationem: scilicet ad vnicum locum & non ad diuersa. s. secundum speciem. Secundo. si sic vel hoc est naturaliter vel violenter. non naturaliter nam terra istius mundi non posset moueri ad medium alterius mundi nisi ascenderet in isto mundo. sicut patet intuitu. modo ascendere non competit naturaliter ipsi terre secundum naturam eius propriam. sed violenter. Si autem dicat qd terra huius mundi moueretur violenter ad medium alterius mundi tunc non oportet ret: nec esset necessarium si plures essent mundi qd terra huius mundi moueretur ad medium alterius mundi postquam esset violentum. & haberetur propositum. Et etiam. qd hoc est contra Aristotelis litteram qui dicit qd naturaliter terra vnus mundi moueretur ad terram alterius mundi. Et ex alio. qd si terra istius mundi moueretur ad medium alterius mundi quando veniret ad aliud mundum descenderet ad medium alterius mundi: modo descendere conuenit terre naturaliter. & non violenter. Tertio si esset alius mundus ignis vnus mundi non moueretur ad ignem alterius mundi. igitur nec terra ad terram. consequentia tenet a simili. antecedens patet. nam hoc non

posset esse nisi ignis vnus mundi fieret centro alterius mundi propinquior. & sic ille ignis descenderet: quod non conuenit naturaliter igni. consequentia tenet. ex hoc qd centro fieri propinquius est descendere. sed qd ignis non naturaliter descendat patet. qd ex quo naturaliter ascendit eidem simpliciter conuenienter plures motus secundum speciem. & hoc naturaliter. cuius oppositum est prius probatum. Quarto. si essent plures mundi illi essent eiusdem rationis. igitur sicut terra in isto mundo quiescit in medio huius mundi naturaliter. ita terra alterius mundi quiesceret in medio alterius mundi naturaliter. & sic vna non tenderet ad aliam. sed ad medium sui mundi si esset extra ipsum. qd tenderet ad medium sibi propinquius. sed si contingeret qd equaliter ab utroque distaret quiesceret inter abo sicut ferrum inter duos adamantes equaliter trabentes. Quinto. nam terra vnus mundi non posset moueri ad terram alterius mundi nisi diuideretur celum huius mundi & etiam celum alterius mundi. modo hoc est impossibile postquam celum est indissolubile. Sexto. adhuc supposito qd diuideretur celus non posset moueri vterque ibi nisi transiret vacuum interceptum inter illos duos mundos qui postquam non possent se tangere sine superficiem postquam essent sperici inter eos intercepteretur vacuum. modo corpus simplex quale est terra non posset moueri in vacuo sicut patet. quarto physicozum. igitur &c.

**O**ppositam determinat Aristoteles. In ista questione primo ponende sunt. quattuor conclusiones preabulare. secundo respondendum est ad questum. **P**rima est omnia gratia naturaliter mouentur ad suum locum naturale. s. deorsum. & leuia ad sursum. s. sursum si non fuerit impedimentum. probatur ex hoc qd quanto aliquid est grauius tanto ceteris paribus descendit velocius. igitur non violenter. sed naturaliter. antecedens patet ad experientiam. consequentia tenet. qd si hoc non esset naturaliter sed violenter tunc grauitas resisteret & maior grauitas magis resisteret. & per consequens tardius moueretur. Ex ista conclusione patet falsitas duarum opinionum de motu terre ad medium. Vna dicit qd terra in principio mundi sursum ppe celum. & quia celum incepit moueri violenter tali modo motus pulsa erat ad medium. & sic adhuc fieret quia aliquid graue esset positum sursum sicut terra vel aliquid tale. violenter motu celi pelleret ad medium recte. sicut quia ponit aliqua faba vel aliquid tale in aliqua scutella & velociter circumuoluit illa scutella faba propter motum scutelle pellit ad medium. Erat secunda opinio qd terra moueretur ad medium quando esset extra ipsum motu tractus. imaginabatur. n. qd centrum mundi traheret sibi terram & similiter alia gratia & sic ambe iste opinioniones imaginatur gratiam moueri ad medium motibus violentis. vna quidem dicit qd hoc fieret motu pulsus. alia motu tractus. isti autem motus sunt violenti. Contra istas opinioniones est conclusio nostra. Contra tamen cuius probatione dubitatur. nam si valeret argueretur consimili forma. grauiora mouentur velocius sursum quam leuiora. igitur motus grauius sursum est naturalis. antecedens patet. de plumbis quod velocius projicitur sursum quam pluma. unde si consequentia ad conclusionem facta valeret. & ista valere videtur. Respondetur. qd ista instantia non valet. nam dicebatur in ratione facta ad conclusionem vniuersaliter. quanto aliquid est grauius. tanto velocius descendit. modo quantis grauius velocius projicitur sursum. tamen falsum est qd quanto aliquid est grauius tanto velocius mouetur sursum. immo aliquid non posset esse ita graue qd non posset projici sursum. sed nihil potest esse ita graue. quin aptum natum sit descendere imo quanto grauius tanto velocius. Idcirco incidenter possumus notare causam quare plumbis remotius projicitur quam pluma. & hoc a projiciente sibi commensurato. cuius causa est. nam illud quod est grauius est receptiuum plumbis virtutis a projiciente. & est diutius retentiuum illius virtutis propter pluralitatem materie quam vnum leue sicut pluma vel aliquid tale. & ita mediante illa virtute recepta & retenta velocius. & remotius projicitur. Secundo arguitur ad conclusionem sic. gratia in descendendo mouentur velocius in fine quam in principio. & similiter leuia in

ascendendo. ideo tales motus talibus corporibus sunt naturales & non violenti. antecedens patet ad experientiam. consequentia probatur. qz proprium est motibus naturalibus saltem in medijs uniformibus in fine intendi: & motibus violentis in fine remitti. nam in motibus violentis virtus motiva fatigatur & debilitatur continue. & sic in fine motio arguitur ad conclusionem. si graua non mouerentur naturaliter deorsum: sed violenter: sequeretur qd mouerentur naturaliter sursum. modo hoc est falsum. consequentia patet ex hoc qd cui aliquis motus est violentus: est ei oppositus naturalis. & hoc si sunt motus simplices. **C** Sed dices contra. nam sequitur qd si terra moueretur violenter ad sinistram moueretur naturaliter ad dextram. postquam motus ad sinistram & motus ad dextram sunt motus contrarij. **R**espondetur qd non est simile. qz motus sursum & motus deorsum sunt motus contrarij simplices: motus autem ad dextram & motus ad sinistram sunt motus contrarij mixti. modo illud quod dicebatur intelligit de motibus contrarijs simplicibus & non mixtis. **S**ecunda conclusio si esset alter mundus terra istius mundi esset eiusdem speciei specialissime cu3 terra alterius mundi. & sic de alijs corporibus simplicibus ex quibus vterq3 componeretur. patet hoc primo. qz alter hoc nomen mundus diceretur equi uoce de isto mundo & de illo. modo hoc videt esse falsum. **S**ecundo. qz operationes talium corporum essent consimiles sicut calefacere exiccare. & huiusmodi. **T**ertio. qz eis deberentur idem motus in specie corporum simplicium qui non sunt nisi tres sicut prius dicebatur. **Q**uarto. qz vel isti duo mundi dependerent ab eode primo principio. vel diuersis consimilibus tñ & eiusde speciei vel a diuersis diuersarum specierum. istud pz per sufficientes diuisione. Si dicatur primu. tunc isti mudi deberent esse oino similes. pz hoc. qz causa eade & nullo modo diuersificata no dz causare dissimiles effectus. consimili modo est dicendum si illi duo mudi sint a duobus principijs eiusde speciei. qz cause similes debent care similes effectus. si vero isti mudi sint a principijs diuersaruz rationu seu speciez. tñ vnū istoz principioz e altero melius & perfectius: & sic naturaliter prius. ergo alterum principium ab ipso dependeret & etiā mundus suus qz omnia essent adinicez ordinata & ad vnū prin<sup>m</sup>. **T**ertia conclusio. corpus quod naturaliter inclinatur ad aliquē locū: inclinatur ad illū ad quancunq3 distantia. pz hoc. qz in quacunq3 distantia ipso manente obtinet suam formā que est cā talis inclinationis naturalis. modo posita cā ponitur effectus. Idez pz ex alio. qz terra posita in aere habet eam bene inclinatur ad locū suū naturalē sicut terra in loco suo non est grauis. ergo in loco suo non videtur habere talem inclinationem. dico quod imo. qz in loco suo habet inclinationem ad manendum ibi: & extra locum suū habet inclinationem ad mouendum se ad locum suū naturalē: & ita proportionaliter dicatur de alijs elementis. et falsum est qd terra in loco suo non sit grauis. ynde si extra locum suū est grauis & cū venit ad locū suū no perdit illam grauitatē sequitur qd in loco suo est sic grauis sicut extra. verum est tamen qd illa grauitas extra locū naturalem habet vnū officiu: & in loco naturali aliud. cum. n. terra extra locū suū fuerit posita sua grauitas inclinatur ipsam ad motum ad locum suū: & cum est in loco suo eadez grauitas inclinatur ipsam ad quietē. & ideo in loco suo naturali non ponderatur. & ad istū intellectū auctores de ponderibus pcedunt corpora in suis locis naturalibus no esse graua. **S**ecundo dubitatur. nā adhuc videt qd distantia aliquid faciat. vt si vnus ignis esset in medio mudi. vna pars moueret versus vnā partē puta versus septentrionē & alia versus meridiem versus celū ad locū ignis. & tñ si ille idēz ignis esset ex vna parte centri mundi. tunc totalis ille ignis moueretur vel versus vnā partem solum vel versus aliam. **R**espondetur qd distantia bene facit qd aliquid inclinatur moueri sin diuersas eius partes per diuersas vias ad suū locum naturalem. sed nunq3 distantia faceret quin aliquid inclinaretur

ad suū locū naturalē. **Q**uarta conclusio. quecunq3 graua eiusdem speciei. & quecunq3 leuia eiusdem speciei tendunt vel inclinant ad eundē locū numero si sunt simplicia. probatur. qz si due terre dimittant cadere ad deorsum videntur qd inclinant ad eundē locū puta deorsum. & eodez modo. & per eadem viā si ponatur cadere de eodem loco successive. **S**ed ptra. diceret aliquis. diuersa in specie tendunt ad diuersa loca in specie. ergo diuersa in numero tendunt ad diuersa loca in numero. **S**ecundo. nulla inclinatio naturalis est ad impossibile. sed impossibile est plura in numero esse in eodem loco in numero naturaliter. ergo naturaliter. non inclinatur corpora distincta in numero ad eundem locum in numero. **T**ertio. nam videmus qd vnus ignis ascendit ad locum suum versus septentrionem alius versus meridiem. modo ista sunt diuersa loca in numero. **C** Ad ista. ad primū. negatur similitudo. & ratio ē. qz quecunq3 simplicia vel similia eiusdem speciei nata sunt facere vnum per continuationem quod quidē vnū habet vnum locū in numero naturalē sui. & cuiuslibet sue partis. ergo & quelibet pars inclinatur ad eundē locū in numero. **P**er hoc ad secundū dico qd no est impossibile plura partialia eē in eodem loco sui totius. & hoc in eode loco totali. **P**er hoc idem ad tertium dico qd ambo illi ignes mouentur ad eundem locum in numero totalem. qui est concanitas orbis lune. cum quo bene stat qd partes totius habent distincta loca in numero partialia.

**Quantum** ad scdm pono vnica conclusiones re/ sponfalē ad questionē. s. qd si esset aliter mundus no pētricus huic mudo terra istius mundi haberet inclinationē mouēdi ad medium alterius mudi & eō uerso. licet forte haberet impedimētum uenēdi ibi propter hoc qd celū no est dissolubile secundū quod arguebat i principio questionis. probat. oia simplicia eiusde speciei naturaliter inclinatur ad eundem locū i numero per quartā conclusionem. ita qd nulla distantia tales inclinationē possit impedire. per tertā conclusionē. sed terra hui? mudi & terra illius eēt eiusde speciei. per conclusionē secundam. & terra huius mudi naturaliter mouetur ad mediū huius mudi. per primā conclusionē. igitur terra illius mudi moueretur naturaliter ad mediū huius. Sed qz hoc est impossibile. qz pari ratione fieret eō uerso secundū Aristotelē. pcluditur qd impossibile ē eē plures mudos no pētricos naturaliter. cu3 quo bene stat qd deus possit facere plures per suā omnipotētā. sed de hoc i sequenti questione latius tractabitur.

**Ad rationes** Ad primā dico. qd si miraculose fierēt plures mudi vnus extra aliū eccentrici. no mirū qd tñ terra huius mudi iciperet habere aliā inclinationē qz ante habuit. etiā dico qd deus bene possit facere. qd obtineret vnica inclinationē. videlicet mouēdi solū ad mediū suū mudi. sed Aristot. breuiter diceret qd hoc no potest fieri. **C** Ad secundā & ad omnes sequētes dico pcedēdo omnia psequētia illata ex pcessioe si miraculose fierēt plures mudi eccentrici. sed sicut Aristot. pcedēdo eēt psequētie. & qz psequētia secundum ipsūz essent impossibilia. antecedēs sicut ipsam reputatur impossibile. s. esse plures mudos. ad quod secundum ipsam pcederet sequi quod libet. iuxta illam regulam. ad impossibile potest sequi quodlibet. & sic est finis questionis.

**Q**uod autēz non solum vnus est: sed & impossibile fieri plures. Adhuc autem qd sempiternus & incorruptibilis existēs & igenitus dicimus: &c. **T**extu cōmenti nonagesimi secundi.

**Questio XIII.**  
**Secundum** Propositorū erat vtrū sint vel possint esse plures mudi. pbat qd sic. qz hic terminus mudi ē terminus cōis. igitur vel actu vel potentia habet plura supposita. & per consequens vel actu vnt vel potentia possunt esse plures mundi. antecedens

patet. per omnes cōsequētia probatur. per hoc q̄ termini  
nōs cōmūnis dicitur qui predicabilis ē de pluribus. **S**e-  
cundo melius est bonum et perfectum multiplicari q̄ non  
multiplicari. sed mundus est quoddam bonum et perfe-  
ctum sicut prius dicebatur. ergo melius ē esse plures mun-  
dos q̄ unum. et q̄ hoc ē possibile apud deum. et cum de-  
us faciat de possibilibus quod melius ē: sequitur q̄ sunt pla-  
res mundi. **T**ertio mundus pōt generare aliū mundū  
sibi simile: ergo possunt esse plures mundi. p̄sequētia t̄. an-  
tecedens probat. q̄ mundus ē quoddā perfectū. et non or-  
batū. tale autē sc̄do de aīa. pōt generare sibi simile: cū gene-  
rare arguat p̄fectionē. **Q**uarto videt q̄ saltē possunt ēē  
plures successivē: quia iam sunt alia mixta in numero. Et si  
mixta alia elementa q̄ erant sunt centū āni. et illa sunt par-  
tes mundi. quibus non manentibus eisdem videtur etiam  
q̄ mundus non maneat idem et sic videtur q̄ saltē possint  
esse plures mundi successivē.

**O**ppositum vult Aristoteles. In ista que-  
stione primo ponam distinctio-  
nes. secundo conclusiones.

**P**rima distinctio ē. q̄ esse plures mundos possu-  
mus imaginari dupliciter. s. simul vel suc-  
cessivē: sicut dicimus q̄ possunt ēē plures phenices quarū  
vna succedit ad aliā. **S**ecunda distinctio. plures ēē mun-  
dos simul possunt imaginari vel q̄ ēēt cōcentrici: vel q̄  
ēēt eccentrici. p̄centrici quidē sicut si super vltimū celū nos-  
tri mundi imaginamur vnu orbē terreū: et ultra illū vnu  
orbē aqueū: et ultra illū vnu orbē aereū: et ultra illū vnum  
orbē igneū. et ultra illū orbēs celestes p̄similes orbibus ce-  
lestibus nostri mundi. vel si imaginaremur nostras terram  
vnu orbē: infra quē esset aggregatū ex orbibus celestibus  
p̄signū p̄cantati orbis terre nostri: infra quod aggregatū  
ex orbibus supercelestibus imaginemur quatuor elemen-  
ta sicut in nostro mundo. et sic possumus imaginari infinī-  
tos mundos p̄centricos et ascendēdo et descendēdo. **S**i-  
militer possumus imaginari plures mundos eccentricos: vel  
q̄ vnus totaliter sit extra aliū. et hoc q̄ contingant se quem  
admodum plures globi positi in vno sacco: vel quod non  
p̄tingant se: sed sint separati ab invicem. vel sic q̄ vnus non  
sit extra aliū. sed q̄ in aliqua parte nostri mūdi sit alter mū-  
dus: sicut si in luna imaginaremur vnum aliū mundum  
vel in sole. et sic de alijs stellis:

**T**unc sit prima conclusio. si essent plures mundi con-  
centrici non oporteret q̄ terra vnius mundi  
moveretur ad terram alterius mundi. probatur. q̄ cuiuslibet  
mundi terra quiesceret naturaliter. propter hoc q̄ om-  
nium illarū terrarū vnum esset centrum seu medium.  
Unde imaginandus est q̄ si terra esset concava et ī medio  
p̄cavitatis ēēt mediū mundi ita quiesceret naturaliter sicut  
modo. Ex quo p̄cluditur q̄ contra pluralitatem mundorū  
p̄centricorū nō valet ratio Aristo. qua arguit q̄ nec sunt nec  
possunt esse plures mundi: propter hoc q̄ terra vnius mo-  
veretur naturaliter ad mediū alterius. licet illa ratio bene p̄-  
bet istā conclusionē que potest ēē secunda conclusio. huius  
questionis. impossibile ē ēē plures mundos eccentricos. et hoc  
naturaliter. **T**ertia conclusio. impossibile ē naturaliter q̄  
sint plures mundi successivē vnos post alios. probatur nā  
si sic tunc iste mundus ēēt corruptibilis secundum se totū.  
et tunc ēēt celū ēēt corruptibile cuius oppositum postea ostē-  
detur. verū tamen antiqui bene dixerunt mundus non cor-  
rumpi totaliter sed aliquando fieri de ordinationē entium et  
reneri oīa in quoddā chaos confusum. et quando iterum  
entia ordinarentur debite dicebant iterum ēē alium mun-  
dum. et istam de ordinationem et ordinationes dicebant fie-  
ri per litem et amicitiam. sed istud non valet q̄ per tale  
de ordinationem mundus non corrumpitur ex eo q̄ de ordi-  
natio ē vnum predicatum accidentale. et ideo pōt verifi-  
cari affirmative et negative successivē d̄ aliquibus sine hoc  
q̄ illa entia corrumpantur. **E**t si dicatur quando entia sunt  
de ordinata tunc non dicantur mundus sed quando sunt or-  
dinata tunc dicantur mundus. **S**ed breviter hoc nō va-  
let. nā tunc hoc nomen mundus ēēt nomen connotatiū.

**Q**uarta conclusio. impossibile ē aliquo modo ēē plures mū-  
dos. probatur. impossibile ē ēē plures primos motores. er-  
go impossibile ē ēē plures mundos naturaliter siue eccentricos  
siue p̄centricos. p̄sequētia tenet. q̄ si ēēt plures mundi:  
in quolibet ēēt vnu primū celū. et vnu primus motor.  
antecedens p̄cludit Aristo. 12. metaphysice in fine vbi di-  
cit. mala autē ē pluralitas principū. vnus ergo princeps.  
**S**ed aliquis diceret q̄ non oporteret propter hoc esse  
plures principes omnium illorum mundorum: q̄ in quolibet  
ēēt vnus motor. monens propter illum primū tanq̄  
propter fines. hoc remouet cōmentator. et dicit q̄ hoc non  
valet. eo q̄ primus motor movet propter se. et hoc proba-  
tur sufficienter in. 12. metaphysice. et ideo non valet et dice-  
re tales primos motores monere propter vnum aliū mo-  
torem. **S**ecundo arguitur ad idē ratione Aristo. q̄ iste  
mundus p̄stat ex omni materia pertinēte ad formā mūdi.  
ergo nō ēēt materia ex qua posset ēē. vel fieri alter mun-  
dus. p̄sequētia tenet. antecedens probatur. q̄ iste mundus  
continet omnia corpora simplicia que non sunt nisi quinq̄  
s̄m speciem sicut prius dicebatur. que quidē corpora sim-  
plicia cum alijs corporibus hic in isto mundo existentibus  
dicuntur materia mundi. **U**ltima conclusio. que stat cū  
precedentibus q̄ est possibile supernaturaliter esse plures  
mundos tam simul q̄ successivē. tam eccentricos q̄ concen-  
tricos sicut deo placeret.

**A**d rationes ad primam dico q̄ non solum  
iste terminus mundus. imo et  
iste terminus deus et ille terminus sol sunt termini cōes. nō  
q̄ de facto supponant pro pluribus. nec q̄ possint ēē plu-  
res res pro quibus supponant. sed q̄ non repugnat talib̄  
terminis ex forma et modo suorum impositionum suppo-  
nere pro pluribus licet ex parte rerum significatarū repu-  
gnet. **A**d secundā quando dicebatur melius ēēt ēē plu-  
res mundos. dico q̄ non. sed diceret semper maior mul-  
tudo bonorum ē melior. illud ē falsum. q̄ tunc melius ēēt  
ēē plures deos q̄ vnum. quod tamen ē falsum. q̄ hoc ē i-  
possibile. ergo nō ē melius. vnde quando per multitudi-  
dinē bonorū tolleretur ordo vniuersi nō ēēt melius ēē plu-  
ra bona q̄ vnum quāter fieret in proposito. **A**d tertiā  
nego antecedens. et quando dicitur generare sibi simile argu-  
it p̄fectionē. vix ē inter que non possunt p̄manere s̄m indi-  
viduū. sed inter incorruptibilia hoc arguet imperfectiones.  
**A**d quartā dico q̄ illa bene probat q̄ plures possunt ēē  
mundi successivē digerē ab invicem partialiter. et hoc bene  
p̄cedit. cum hoc tamen stat q̄ non possunt ēē plures mun-  
di successivē digerē ab invicem totaliter.

**S**i itaq̄ aliquid pōt moveri stadia cētū: aut  
leuare pondus semp̄ ad plurimū dicimus puta  
talē leuare centū: aut stadia ire cētū et cetera. **T**ertio  
cōmēti cētesimidecimesexti **Q**uestio xiiii.

**T**unc expedit iuxta ordinem Aristo.  
tractare vtrum mundus sit ge-  
nerabilis et corruptibilis vel ingenerabilis  
et incorruptibilis. post q̄ ostensū ē q̄ mū-  
dus ē magnitudo p̄fecta. et magnitudo si-  
nita. et q̄ non sunt plures mundi. Sed q̄  
generabile et corruptibile includit potētiā.  
ideo iuxta istam materiam primo querenda sunt aliqua cir-  
ca terminationes potētiarū. vnde primo querendū ē vtrū  
quēlibet potētia actiua determinet p̄ maximū in quod pōt  
agere. secundo vtrum quēlibet potētia passiva terminet  
p̄ minimū a quo potest pati. tertio vtrū quodlibet ens ha-  
beat potētiā respectu sue durationis per maximū tē-  
pus per quod potest durare. Quarto vtrum omne corru-  
ptibile necessario corrumpatur. Quinto vtrum aliquid de  
novo genitum possit perpetuari. Sexto vtrum generabi-  
le et corruptibile convertantur ad invicem. Septimo. **C**on-  
cludit mundum ēē incorruptibilem et perpetuum. **S**e-  
cundo si potētia actiua nō terminaretur maximo in quod  
posset. tunc nō ēēt dare pondus maximū quod fortes pos-

set portare. sed hoc est falsum. nam si non tunc quotiens pon  
 der e dato quod possit portare adhuc malus potest portare.  
 sic infinitum pondus potest portare. quod est falsum. Tertio  
 ponat vna lapis sicut octo i gravitate sup caput fortis po  
 tentie sicut .8. precise qui pseruet in tali potentia p tepus et  
 lapis similiter. tunc vel for. sustinebit lapide. vel lapis depri  
 met forte. si dicat primu sequit q potentia fortis est termi  
 nata ad maximu quod potest sustinere. qz ita granē lapide  
 et non gravioz. et habet ppositu. Unde quantuqz iste  
 lapis eet gravioz excederet potentia for. et cu quilibet excel  
 sus sufficit ad motu statim ille lapis deprimeret forte. si au  
 tem dicat q for. non potest sustinere illu lapidez sequit q  
 ille lapis deprimet for. et sic a proportione equalitatis fieret  
 actio. et ite sequeret q potentia depreffiva lapidis termi  
 nat ad maximu quod potest deprimerē. qz ad potentia for.  
 vt octavo que si eet maior sustineret lapidem cum quilibet  
 excessus sufficit ad actionem. Quarto. sit vnum medi  
 um vniformiter difforme supius terminatu ad non gradu  
 resistentie. inferius aut ad gradu resistentie equales poten  
 tie motive alicuius gravis descendens p ipsuz. et sit illud  
 mediu. b. et mobile q debet descendere p ipsuz. a. tunc  
 b. est maximuz spaciuz quod a potentia motiva potest ptran  
 sire. ergo potentia activa terminata ē maximo in quod potest  
 psequenter tenet. antecedens probat. na tū potest et no plus  
 ex quo extremu ipsius. b. ē equale i resistentie cu potentia  
 ipsius. a. in mundo. Quinto elonget vnu visibile p ali  
 quā distantia a me vsqz quo primo ipsuz non videā nec pos  
 sum videre propter elongationē. tunc distantia inter oculu  
 meū et illud visibile terminata ad ipsu exclusivē ē maxima  
 distantia p qua illud visibile potuit agere in visum meū vi  
 sione. Et quo sequit q ē dare maximā distantia p qua ali  
 qua potentia activa pnta obiectu potest agere in sua poten  
 tia passiva. pnta oculu. Sexto non ē dare minimā distā  
 tia p qua non. ergo ē dare maximā distantia p qua visibile  
 potest agere in visum. psequenter comuniter pcedit ab oib?  
 de hac materia loquentibus. antecedens probat. qz si eet da  
 re minimā distantia p qua non. tūc p illa non. et p quilibet  
 minorē visibile potest agere in visum. sed hoc non. na sit illa.  
 verbi gratia pedalis: tūc arguo sic. visibile si poneret bene  
 ppe oculu ptingeret q ppter paritatem distantie non pos  
 set videri. ergo distantia pedalis non erat minima p qua il  
 lud visibile non potuit agere in visum. antecedens p iuxta  
 illud. sensibile positu supra sensu non facit sensationē. Se  
 ptimo ē dare maximā velocitatem qua potentia activa potest  
 mouere. ergo terminata ē p maximu: psequenter tenet an  
 tecedens p. primo de potentia supnaturali. qz dat maxima  
 velocitas qua mouet vltimā sperā. vñ pp immutabilitate su  
 am et sue voluntatis et ppter inalterabilitate vltime spe non  
 potest sperā vltimā neqz tardius neqz velocius mouere.  
 hoc idē patet de potentia naturali. qz est dare maximā ve  
 locitate qua. a. mobile descendit p. b. mediu ex eo q poten  
 tia naturalis i sua actioe agit bz vltimu sui conatus potētie.

**Oppositum** arguit. qz si potentia activa ter  
 minaret maximo in quod pos  
 set agere vel excederet illud vel non excederet: si non exce  
 deret non potest agere in ipsum ex eo q a pportione equa  
 litatis non puenit actio. nec a pportione minoris inequali  
 tatis. si aut excederet. vel excessu diuisibili vel indiuisibili. nō  
 indiuisibili sicut cōter pcedit. cu non sit dare excessuz indi  
**Oppositum** arguitur. potentia activa terminatur minima resistantia in qua non potest. ergo potentia passiva terminatur maxima potentia activa a qua non potest. ante patet ex precedente questione: consequentia probatur. nam datur aliqua potentia activa et sit. a. minima potentia passiva seu resistantia in qua non potest. et sit. b. tunc in. b. a. non potest. sed in. b. quodlibet minus. a. potest. ergo a. est maxima potentia activa a qua. b. non potest pati consequentia per significationem eius quod est maximum a quo non. prima pars antecedentis patet ex eo quod. b. est minimum in quod. a. non potest. et si sic tunc in. b. a. non potest. secunda pars eiusdem antecedentis patet. quod quodlibet minus. a. excedit. b. et cum quilibet excessus sufficiat ad motum inchoatum. et continuandum sicut probatur in precedentibus questione. sequitur quod quodlibet minus. a. potest in. b. tunc ultra. potentia passiva terminatur maxima potentia activa a qua non potest pati. ergo non terminatur minima a qua potest pati. Secundo potentia activa non terminatur maximum in quod potest agere. ergo nec passiva terminatur minimum a quo potest pati. antecedens patet ex precedenti questione per consequentia probatur ex eo quod oppositum consequentis interimit antecedens. da enim oppositum consequentis. scilicet potentia passiva terminatur minimum a quo potest pati. ex hoc sequitur quod illa potentia passiva est maximum in quod illa potentia activa potest agere. et hoc repugnare antecedenti. In ista questione primo ponende sunt aliquae distinctiones de potentia passiva. secundum conclusiones.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio. et ista etiam ponebat in alia questione. potentiarum passivarum quedam dicitur receptiva solum. quedam autem dicitur receptiva et cum hoc resistiva. exemplum primum sicut est materia prima distinctio. potentiarum passivarum quedam est passiva tantum. et quedam cum hoc est activa. exemplum primum. sicut est unum paruum frigidum quod patitur ab uno magno calido a tanta magna distantia. quod si illud

calidum posset agere in illud frigidum tamen illud frigidum propter nimiam distantiam non potest re agere in illud calidum exemplum secundum. sicut est frigidum quod patitur a calido: et cum hoc re agit in ipsum. Tertia distinctio potentiarum passivarum. que cum hoc sunt actus quedam dicitur cognitiva sicut est potentia visiva: quedam dicitur non cognitiva sicut frigidum quod patiendo a calido re agit in ipsum. Quarta distinctio. potentiarum passivarum non cognitarum que cum hoc sunt actus quedam re agunt in agens: ut frigidum in calidum. quedam autem agunt in aliud ab agente. ut medium illuminatum passum a lucido agit. quod calefacit. non tamen agens in ipsum puta solem. sed aliud ab illo. Quinta distinctio. potentiarum passivarum quedam patiuntur per abiectionem contrarij. sicut calidum cum patitur a frigido vel econtra: quedam autem sine abiectione contrarij. sicut medium cum illuminatur. in huiusmodi enim illuminatione non abijcitur aliquid quod sit contrarium luminis generato: ex eo quod luminis nihil est contrarium.

**Quantum** ad secundum articulum sciendum est quod potentia passiva potest comparari vel ad potentiam activam a qua potest pati. vel ad distantiam in qua vel ultra quam potest pati. vel ad effectum quem potest recipere et pati. vel ad tempus per quod potest pati vel ad velocitatem qua potest alterari vel moveri. vel ad spatium super quo potest moveri motu locali. Et preterea ad hoc est aliqua potentia specialis. sicut visiva. que potest comparari ad angulum sub quo potest pati vel videre. tunc distendendo per omnia ista sicut factum est in alia questione sit prima conclusio ista. potentia passiva resistiva non terminatur minima potentia activa a qua potest pati. probatur nam sit illa potentia activa a. et passiva. b. tunc si. b. debet pati ab a. oportet quod. a. excedat. b. ex eo quod aliter a proportione equalitatis vel minoris inequalitatis fieret actio. quod est falsum. et etiam quod in omni actione agens debet esse prestantius passivo. sed si. a. excedit. b. non potest excedere ipsum excessu indistinctibili. cum nullus talis sit excessus. relinquatur ergo excessus distinctibilis. ergo cum quilibet excessus sufficiat ad motum. sequitur quod si. a. per solam medietatem illius excessus excederet. b. adhuc. b. potest pati ab. a. sed tunc. a. esset minus quam ante erat. ergo. a. non erat minimum a quo. b. poterat pati. Secunda conclusio. nec potentia passiva talis terminatur maxima potentia activa a qua potest pati. probatur ex eo quod quicquid potest pati a magno potest pati a maiore illo. et si sic nullum est maximum. saltem finite potentie a quo talis potentia possit pati. Tertia conclusio. nec talis potentia passiva terminatur minima potentia activa a qua non potest pati. quod tunc a tali non potest pati: sed a minori illa posset pati. sed hoc est falsum. ex eo quod illud quod non potest pati a maiori. non potest pati a minori. Quarta conclusio. talis potentia passiva terminatur maxima potentia activa a qua non potest pati. probatur per sufficientem divisionem. nam talis potentia passiva ab aliqua potentia activa potest pati. et ab aliqua non. vel ergo datur minima a qua potest pati. vel maxima. vel minima a qua non. vel maxima a qua non. non primum per primam conclusionem nec secundum per secundam. nec tertium per tertiam. relinquatur ergo quartum. et hec est conclusio. Unde hoc potest declarari exemplo. ponatur quod potentia lenativa sortis. et resistiva unius libere sint equalis. ita quod precise tantum possit sortis. in lenando quantum potest libra in resistendo. tunc statim sequitur quod virtus sortis est maxima inter omnes potentias lenativas que non possunt lenare et libra. quod nulla minor potest lenare. et quilibet maior potest. ita quod omnium non potentium lenare libra sortis est fortissimus: exponendo ly fortissimus negatione. et tamen ipse est debilio: inter omnes potentes lenare libram. et sic potentia activa equalis resistanti est maxima a qua illa potentia resistiva non potest pati. et eade potentia resistiva est minima in qua illa potentia activa non potest agere. Sed contra istud diceretur. videtur quod potentia activa equalis resistanti non sit maxima a qua potentia resistiva non potest pati. nam tunc ab illa non. et a qualibet maiori potest pati. sed hoc videtur esse falsum. quia potentia activa potest

angere insensibiliter. et tamen non propter hoc potest in illa  
resistentiam. verbi gratia. si potentia lenativa fortis equalis  
resistente vnius libe angere insensibiliter non propter hoc  
lenare libras. **R**espondetur. q. sicut potentia activa est  
aucta insensibiliter. ita potest lenare per spacium insensibi-  
le. et sic forte fortis potest lenare sic q. non perciperet se il-  
lud posse lenare: nec hoc est aliquod inconueniens. **A**d  
hoc dices. sed ista instantia magis pertinet ad aliam que-  
stionem. si potentia activa terminaretur minima potentia pas-  
siva in quam non potest. s. sibi equali. tunc cum visibile ha-  
beat se sicut potentia activa respectu visus. sicut p. secundo  
de anima etiam visibile terminaretur minima potentia visi-  
ua in qua non potest. et sic in illam non potest. sed in minore  
et debilliore illa potest. sed hoc est falsum. q. si aliquid visi-  
bile non potest agere in aliqua potentiam visivam. multo  
minus potest agere in potentiam visivam minores et debilio-  
rem illa saltem ceteris paribus. sicut patet de se. **A**d hoc  
respondetur q. illud q. dictum est de terminatione poten-  
tie active respectu potentie passive intelligitur de potentia  
activa agente in passivam non coagentem nec concurrentem  
ad effectum. nec ad actionem illius potentie active. sed sic  
non est in proposito de visibili. et potentia visiva. q. visibile  
non solum causat visionem in oculo. nec potentia visiva co-  
currit mere passive ad visionem. sed visibile per suam spe-  
ciem vna cum virtute visiva active concurrente producit  
visionem in oculo et in potentia visiva. **S**ed dices. tunc  
idem est agens et patiens respectu eiusdem. sed hoc vide-  
tur esse inconueniens probatio cosequentie. q. respectu vi-  
sionis potentia visiva est tam agens q. patiens. **R**espon-  
detur q. non est inconueniens idem esse partiale agens et tota-  
le recipiens respectu eiusdem. licet esset bene inconueniens  
idem esse totale agens et totale recipiens respectu eiusdem.  
modo dico q. in proposito totale agens non est potentia vi-  
siva licet bene partiale. sed totale agens est aggregatum ex  
visibili et specie sensibili et potentia visiva et alijs concurrer-  
tibus ad visionem per eorum actionem. sed potentia visi-  
ua est totale recipiens. **Q**uinta conclusio. omnis potentia  
passiva mere receptiva sicut est materia prima potest pati  
saltem quantum est ex se a quocunq. magno vel parvo agen-  
te sine termino. p. statim. q. quodlibet agens talem poten-  
tiam passivam excedit. **D**einde comparando potentiam  
passivam quantum ad distantiam. fit prima conclusio. q. potentia  
passiva non cognitiva quantum est ex se potest pati a qualibet di-  
stantia quantum magna vel parva pbatur. q. quocunq. di-  
stantia agens potest agere a tali distantia potentia passiva potest pati  
et ideo si talis potentia passiva potest pati ab aliqua distantia par-  
va. tunc ab alia potentia dupla vel quadrupla potest pati a du-  
pla vel a quadrupla distantia. et sic ulterius. et sic talis poten-  
tia passiva non est terminata distantia quantum ad magnitudi-  
nem. Sed etiam proba q. non quantum ad parvitatem. q. si  
talis potentia passiva non cognitiva non desinit pati propter  
parvitatem distantie sicut bene desinit pati potentia passiva  
cognitiva. unde frigidum non desinit pati a calido propter  
nimiam propinquitatem calidi ad ipsum. imo quanto calid-  
um est propinquius frigido in tantum frigidum plus pati-  
tur a calido. **S**ecunda conclusio. talis potentia passiva res-  
pectu date potentie active terminat minima distantia ultra  
quam non potest pati. et hoc a tali agente. pbatur nam datum  
agens terminatur minima distantia ultra quam non potest agere  
respectu date potentie passive. ergo etiam e converso potentia  
passiva data terminatur minima distantia ultra quam non potest pa-  
ti ab agente dato. **T**ertia conclusio. potentia passiva cog-  
nitiva sicut est potentia visiva. et est alia potentia passiva requi-  
rens moderatam distantiam. terminatur ab utraque parte. ita q.  
prope visum est vna maxima distantia omnium illarum in qui-  
bus non potest pati propter parvitatem distantie. et de longe  
est vna minima distantia in qua non potest pati propter ma-  
gnitudinem. et illud potest probari ex his que dicta erant  
tam ad hoc de potentia activa in alia questione. **C**on-  
taria conclusio conformiter potest poni de angulo sub quo potest  
pati. q. omnium parvorum angulorum qui non sufficiunt ad  
visum vnus est minimus. et ille est angulus rectus. **D**e

inde comparando potentiam passivam ad effectum fit con-  
clusio ista. q. potentia passiva receptiva potest recipere quocunq.  
effectum quem potentia activa potest facere. et id  
quantum est de se materia prima est infinite receptibilita-  
tis. nec repugnat sibi recipere caliditatem infinitam si esset  
qui causaret eam. et ita de alijs nisi tamen aliquid aliud im-  
pediat. s. vt cum hoc q. potentia est passiva sit etiam activa  
sicut est potentia visiva. **D**e comparatione autem poten-  
tie passive ad velocitatem et ad spacium dicatur omnino  
cur dictum est de potentia activa in precedenti questione.  
**D**e compatione autem eius ad tempus videbitur in sequen-  
ti questione vna cum potentia activa.

**A**d rationes ad prima dico q. quando Aris-  
totele dicit potentiam passivam  
terminari minimo. intelligitur minimo numerabili sine fra-  
ctione modo quo dicebatur in alia questione de maximo.  
Consimili modo ad secundam. **A**d tertiam dico q. re-  
tinere non est proprie agere. sed bene est motum talis fer-  
ri impedire recte. sicut si duo homines equo fortes trabe-  
rent se vnus ad vnam partem et alter ad aliam. vnus mi-  
bil ageret proprie in alterum. sed vnus bene impediret al-  
terum. et tale impedimentum potest bene fieri a proportio-  
ne equalitatis. modo quo etiam dicebatur in alia questione  
de lapide vt octo in granitate posito super caput fortis  
vt octo in potentia. sic dico in proposito q. in talis ferri de-  
scensu detinetur ad aliquod primum instans in quo quies-  
cit. et tunc relinquit super se minimum arcum qui ipm re-  
tinet et impedit q. non potest descendere. nec propter hoc  
potentia passiva terminatur minima potentia activa a qua  
potest pati. ex eo q. illud impedire non est proprie agere.  
Ulterius dico q. ille idem minimus arcus qui sufficit fer-  
rum retinere est maximus qui non sufficit ferrum attrabe-  
re. quod quidem attrahere est proprie agere. Ecce ergo  
tunc maximam potentiam activam a qua non potest pati  
illa potentia passiva.

**A**d hoc si prius virtus existit actu omni exi-  
stet tempore etc. **T**extu commenti centesimi tri-  
gesimisecondi. **Q**uestio. xvi.

**T**ertium propositum erat. vtrum  
omne ens habeat potentias  
respectu sue durationis per maximum tem-  
pus per quod potest durare. et arguitur pri-  
mo q. non. nam tunc sequeretur q. durare  
per duplum tempus esset duple potentie. et  
durare per quadruplum tempus esset quadruple poten-  
tie. et durare per infinitum tempus esset infinite poten-  
tie. sed hoc est falsum. primo quia tunc celum esset infinite po-  
tentie ex eo q. potest durare per tempus infinitum. secun-  
do. nam tunc terra prope centrum etiam esset infinite po-  
tentie. quia talis nunquam corrumpetur. Sed durabit per  
tempus infinitum. ex eo q. nunquam corrumpetur nisi a  
contrario sibi applicato. sed terra existente in centro nunquam  
applicabitur contrarium sibi. **C**onsimiliter potest argui  
de igne existente in loco sibi naturali. s. in concavo orbis lu-  
ne. **S**ecundo ad principale si aliquod mixtum sicut bo-  
mo haberet potentiam durandi per maximum tempus.  
vita talis hominis ultra illud tempus non potest prolonga-  
ri. quod videtur esse contra medicos. consequentia vide-  
tur tenere ex hoc q. ultra maximum non est malus. et vit-  
am si vita eius ultra illud tempus prolongaretur. tunc il-  
lud tempus non fuisset maximum per quod ille homo po-  
terat durare. **T**ertio. si entia sic essent determinata ma-  
ximis temporibus quibus possent esse et vivere. vtiq. illa  
mixta essent maioris potentie duratue in quibus contra-  
ria essent magis adequata. consequens est falsum. conse-  
quentia probatur quia postquam corruptio fit a contrario  
tunc illa in quibus contraria sunt magis adequata durare  
cito deberent corrupti. et per consequens distinctus durare  
falsitas consequentis patet ex eo q. homo non diutius. im-  
mo minus durat q. lapis in quo quidem lapide contraria  
minus sunt adequata q. in homine. **Q**uarto. si aliquod

ens per tempus durat semper durabit. ergo questio falsa consequentia tenet. antecedens probatur. qz si aliquod ens per tempus durat. tunc per illud tempus potentia duratiua resistens corruptentibus est maior qz potentia corruptiua: sed qd durat ipsa est maior nunqz remittitur. ergo in fine illius tempus potentia duratiua adhuc est tanta quanta erat in principio. ergo in fine illius tempus adhuc verum est dicere qz talis potentia duratiua adhuc per tantum tempus potest manere sine eius remissione. et in fine illius adhuc per tantum. et sic semper. et sic si aliqua res totaliter potest durare per vnum tempus sine aliqua corruptione sal. videtur qz semper possit durare. videtur ergo qz entia nullam habeat potentia ad duradu. aliter enim videretur seq illud qd dictu est. qd tamen est falsum.

**Oppositum** videtur velle Aristo. in littera. et etiam in secundo de generatione. In ista questione. primo sunt ponende quedam distinctiones et cause corruptionis in generali. Secundo videndum est de causis durationis. Tertio videndum est de questio.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio. du mixte. Secunda distinctio substantiarum simplicium que dam sunt corporee quedam incorporee. Corporee sicut celus et elementa. incorporee sicut deus et intelligencie. Tertia distinctio. substantiarum simplicium et corporear. quedam non habent materiam neqz contrarium. materia que dem que sit subiectum generationis et corruptionis. sicut sunt orbis celestes. quedam autem habent talem materiam et contraria sicut sunt elementa. Quarta distinctio. substantiarum mixtarum quedam dicuntur homogenee quedam eterogenee. homogenee dicuntur quarum partes qz titate suscipiunt predicationem nominis totius. sicut est lapis. vel lignum. vnde quelibet pars lapidis est lapis quelibet pars ligni dicitur lignum. eterogenee dicuntur quoniam non quelibet pars qz titate suscipit predicationem nominis totius. sicut est homo: vel leo vnde non quelibet pars quantitate hominis est homo. Adhuc potest poni quinta distinctio. qz substantiarum simplicium materialium quedam dicuntur simplices id substantia liter qz qualitate. sicut a qua frigida. quedam autem dicuntur simplices substantialiter. sicut mixte qualitate. sicut est aqua calefacta. Tunc sit prima distinctio. et de causis corruptionis in generali. omnis substantia determinans sibi contrarium est corruptibilis. probatur. qz omnis talis substantia est alterabilis. ex eo qz causa alterationis est contraria. et qz talis substantia determinat sibi aliquam qualitatem habentem contrarium. sequitur qz per applicationem qualitatis contrarie qualitati quam determinat sibi illa substantia est alterabilis. sed si est alterabilis est corruptibilis. qz de terminatum est primo de generatione si alteratio est polis tunc corruptio et generatio sunt possibile: ex eo qz alteratio est propter generationem et corruptionem. et si non esset corruptio et generatio non esset alteratio. ergo omnis qualitas alterabilis et remissibilis est corruptibilis. et per consequens substantia determinans sibi illam qualitatem est corruptibilis. nam corrupta illa qualitate corrumpitur substantia que sibi illam qualitatem determinat. vnde sine tali qualitate talis substantia esse non potest. si. n. sit tunc ipsa sibi ipsam non determinaret. qd est contra hypothese. Secundo ad idem. omne habens materiam est corruptibile. p3 hoc primo phy. et p3 hoc ratione. qz aliter potentia materie que est ad aliam formam frustraret. sed omnis distantia determinans sibi qualitatem habentem contrarium habet materiam. ergo omnis talis substantia est corruptibilis. Secunda conclusio nulla corruptio intrinseco primo. et voco corruptionem ab actua. et voco illam ab intrinseco non primo cuius vna pars bene est actua in aliam et alteratiua alterius. non tamen que liber in qualibet. probat conclusio. omnis substantia corruptibilis vel est mixta vel simplex. si est simplex et corruptibilis ipsa est materialis. et per consequens elementaris. sed elementa non sunt in se principia sue corruptiois. ex eo qz non sunt in se qu

tates contrarias. si autem dicatur qz sit substantia mixta. adhuc non habet in se principium sue corruptionis primo. ex eo qz tunc quelibet pars eius in qualibet partem eius est actua. et sic eadem pars in seipsam esset actua. quod est falsum: ex eo qz eadem sibi non est contraria. et etiam quia quelibet ens diligit seipsum per manere. et per consequens. non est sibi ipse alteratiua. nec dispositiva. et sic corruptio nem. Tertia conclusio. substantia mixta eterogenea bene habet in se principium sue alterationis et corruptionis. nam primo patet de homine cuius vna pars determinat sibi maiorem caliditatem. alia maiorem. que quidem partes bene mutuo se alterant. et se ducunt extra suas dispositiones naturales. et aliquando in tantum qz sequitur mors et corruptio. Quarta conclusio. substantie mixte homogenee si corrumpuntur ab intrinseco. non tamen ita cito sicut eterogenee. patet ex eo qz non est tanta diversitas inter partes homogeneorum quanta est inter partes eterogeneorum. Et hoc est in qualitatibus alterationis. vnde in lapide partes non differunt tantum sicut caliditatem et frigiditatem sicut in homine differunt cor et cerebrum. Quinta conclusio. substantia corporalis simplex et substantialiter et qualitate nullo modo habet in se principium sue alterationis nec corruptionis. nec primo nec non primo probatur. nam aliter non esset simplex substantialiter et qualitate. Sexta conclusio: substantia simplex substantialiter. et mixta qualitate bene habet in se principium sue alterationis qua potest se trahere a sua dispositione innaturali ad naturalem. patet de aqua calefacta que se ipsam alterat et trahit se ad frigiditatem priorum. nec valet dicere qz hoc faciat medium circumstantem. nam aqua talis aliquando trahit se ultra maiorem frigiditatem qz sit frigiditas medij circumstantis. et cum nihil agat ultra gradum proprium concluditur qz medium circumstantis non est illud quod trahit aquam calefactam ad frigiditatem priorum. Ex his conclusionibus sequitur primo qz elementis simplex corrumpitur vnicomodo scilicet ab extrinseco. ab intrinseco enim corrumpi non potest: ex eo qz non habet in se principium sue alterationis a dispositione sibi naturali. sequitur secundo qz mixtum duplici modo potest corrumpi scilicet ab intrinseco et ab extrinseco. Ex quibus sequitur. tertio qz simplex debet magis durare qz mixtum. nam vbiunque ponitur mixtum habet circa se vel intra se principium sue corruptionis. sed simplex quando ponitur in loco sibi naturali licet habeat prope se principium sue corruptionis. non tamen intensum. et tunc hoc vbiunque ponitur caret principio sue corruptionis intrinseco. hec de primo.

**Quantum** ad secundum videndum est de causis durationis que sunt plures. quarum vna est. homogeneitas. quod statim patet. ex eo qz eterogeneum corrumpi potest ab intrinseco et extrinseco qz tanto ergo plus declinat ab eterogeneitate ad homogeneitatem tanto debilius efficitur principium sue corruptionis intrinsecum. et ideo nullum vniuersita diu potest durare sicut terra vel lapis. cum sit magis eterogeneum. et hoc ceteris partibus. Secunda causa est similitudo in qualitatibus loci contentis et rei contente. Et ideo locata magis durat in vno loco qz in alio. puta in illo vbi maiorem habent contrarietatem ad qualitates loci Tertia causa est durities et resistentia passi in diuidendo. et ideo forte duratio dicta est a duritie. qz magis dura magis durat. vnde diuisio altentis facit ad citiorem corruptionem diuisi. et ideo que sunt dura et difficilius diuisibilia magis durant. Quarta est bona et fortis comixtio humiditatis cum sicco sicut patet quartum methenorum. Quinta causa est latitudo complexiois. vnde aliqua sunt que statim propter modicas variationem proportionis in primis qualitatibus corrumpunt. sicut homo et alia que non sunt sicut ferz qd potest ferri valde calidi sine corruptione. propter maiorem latitudinem sue complexiois. Sexta est temperamentum in qualitatibus. vnde homo temperatus in illis est longioris vite. Plures possent assignari cause duratiois. sed iste ad presens sufficit. Tunc sit prima conclusio. secundum combinationem vel obnationem et penitentiam istarum causarum et aliarum si sint plures accipitur differere

ta in duratione rerum fin magis et minus .patet ex eo qd magnitudo et paruitas effectus accipiuntur .fin magnitudinem et paruitatem causarum .ita qd vos debetis scire qd non oportet si ad durationez vnus effectus concurrat tres de dictis causis et ad durationem alterius alie tres .qd ergo illi effectus equaliter durent .qz forte vna de istis facit plus quam omnes alie tres . et ideo oportet aduertere concurrētiam causarum non fin q̄tatem discretam . sed fin vigo rem et fortitudinem maiorē vel minorē causaz . **Ex** quo sequitur qd non oportet qd si in tali mixto miscibilia seu contraria sunt magis adequata . qd ergo illud mixtum diu- tius duret . qz forte vnum aliud mixtum sicut lapis vel fer- rum licet non habeat illam causam sue durationis . tamē ha- bet aliam fortiozem vel fortiores illa propter quas diutius durat . in lapide enim sicut arguebatur ad questionem con- traria nullo modo sunt ita adequata sicut in homine . et ta- men ipse diutius durat . quia latitudo sue complexionis est maior . quia est magis durus et magis potens ad resisten- dum qualitatibus cōtrarijs suis qualitatibus quas sibi de- terminat . **Secunda conclusio** est . quod non est corrupti- bile non habet contrarium . nec contrarium sibi determinat patet . nam cum contrarietas sit causa corruptionis si habe- ret contrarium vtiqz eēt corruptibile . cuius oppositum sup- ponitur in conclusione . **Tertia conclusio** . quod non est cor- ruptibile non habet potentiam resistendi contrario . patet qz cum non habeat contrarium per precedentez conclusio- nem frustra haberet talem potentiam . **Quarta conclusio** . quod non est corruptibile non habet aliam potentiaz ad durandum . probatur . nam potentia durandi non est aliud nisi potentia resistendi contrario vt suppono . sed qd non est corruptibile non habet potentiam resistendi contrario per precedentem conclusionem . ergo quod non est corruptibi- le non habet potentiam ad durandum . et hoc dicit h̄ conclu- sio . **Ex** quo sequitur qd in celo cum sit incorruptibile non est aliqua potentia ad durandum . **Ex** quo sequitur vterius qd non valet hec consequentia . celum durabit per tempus in- finitum . ergo celum habet potentiam durandi per tempus infinitum . nam consequens est falsum per precedens cor- relarium . et antecedens est verum . et per hoc soluitur vna ratio facta ad questionem .

**Quantum** ad tertium sit p̄ia conclusio . qd om- ne elementum simplex aliquando corruptetur . probatur primo ex parte agētis . qz ignis in spera sua aliquando descendit ad locum sue corruptionis p- pter aliquam constellationem ipsam regentem . **Secun- do** patet hoc idem ex parte materie . qz cuiuslibet elementi materia est in potentia ad aliam formam . sed talis potentia non perpetuo frustrat . ergo aliquando habebit aliam for- mam . et tunc corruptetur illud elementum . **Tertio** p- batur idem ex parte finis . qd elementa principaliter sunt p- pter mixta . et ideo illud elementum eēt frustra qd nō aliqñ veniret ad locum mixtionis . sed ipso veniente ad locū mix- tionis corruptitur ergo etc . **Secunda conclusio** . omne mixtum aliquando corruptetur patet . qz est corruptibile et ab intrinseco et ab extrinseco . et sic habet plures causas sue corruptionis q̄ simplex elm̄ . et eque fortes . et ideo qz elm̄ simplex aliquando corruptetur per precedentem conclu- sionem . multo magis mixtum . **Tertia conclusio** . d̄ quo libet ente naturali verum est dicere qd est simplex elm̄ vel mixtum qd per aliquod tempus potest durare . et per ali- quod non . p̄ per precedentez duas cōclusiones . **Quar- ta conclusio** . qd cuiuslibet entis naturalis corruptibilis potē- tia durandi est terminata vel maximo tempore vel mini- mo per qd potest durare vel maximo vel minimo per qd non . patet . nam ex quo per aliquod tempus potest durare et per aliquod non per precedentem conclusionē . oportet dare maximum ipsa vel minimum per qd potest durare . vel maximum vel minimum per qd non . **Quinta** conclu- sio . non est dare minimum tempus per quod res corrupti- bilis potest durare . probatur . nam . quocunqz tempore da- to per qd data res corruptibilis potest durare eadem p̄ mi- nus tempus potest durare . Unde si aliqua res potest durare

per annum eadem res potest durare per medietatē anni et per medietatē medietatis etc . et per p̄ns potentia durandi talis rei non est terminata minimo tempore per qd potest illa res durare . **Sexta conclusio** nō est dare maximum tem- pus ultra qd aliqua res corruptibilis potest durare . p̄bat nam si sic sequeretur qd esset dare vltimum instans esse talis rei . sed hoc est falsum . consequentia probatur . nam sit illud tps . a . et . b . sit instans terminans exclusiue ipm tunc si . a . est tempus maximum ultra qd for . verbi gratia . potest durare . tunc vsqz ad . b . instans inclusiue qd terminat . a . tempus ex- clusiue for . potest durare . et non ultra . qz si ultra a . tūc . non esset maximum tempus . ultra qd for . potest durare . quia vl- tra maius potest durare . sed si for . durat vsqz ad . b . instans inclusiue . et non ultra . tunc in . b . instanti verum erit dicere for . modo est . et immediate post hoc non erit . et sic . b . instans erit vltimum . instans esse foris . sed falsitatem istius proba- sic . qz in . b . instanti potentia foris non est indiuisibilis . et per consequens non subito corruptitur . et per p̄ns tēpus erit anteq̄ corruptatur . et per consequens . b . instans non est vltimum instans eē foris . et ita arguerem de quacūqz alia re corruptibili . et de quocunqz alio instanti qd aduersarius diceret esse vltimū instans esse talis rei corruptibilis . **Se- ptima conclusio** . non est dare maximum tempus per qd res corruptibilis non potest durare . probatur . nam quocū- qz tempore dato per qd res corruptibilis non potest du- rare . est dare maius per qd non potest durare . si enim nō potest durare per minus etiam non potest durare per maius . et ideo inter tempora per que res corruptibilis non potest du- rare nullum datur maximum . et hoc vult conclusio . **Octa- uā conclusio** . bene datur minimum tempus ultra quod res corruptibilis non potest durare . probatur . nam per quaru- tam conclusionem quelibet res naturalis corruptibilis ter- minatur maximo tempore vel minimo ultra quod potest durare . vel maximo vel minimo ultra quod non . sed non terminatur minimo ultra quod potest per quintā cōclusio- nem . nec maximo per sextaz cōclusionem . nec maximo vl- tra quod non per septimā . ergo minimo ultra quod non . **Et** hoc dicit conclusio . et hoc est illud tempus qd est terminatū exclusiue ad primum instans . non esse talis rei . et inclusiue a parte ante primo instanti esse eiusdem rei . qd quidem tē- pus est mensuratum illius rei quantum ad durationez suā naturalem . **Nonā conclusio** . rei naturalis corruptibilis datur maximum tempus in quo potest durare . p̄ . idē tempus qd est minimum ultra qd non potest durare est maximum in quo potest durare . quia quādiu est aliquod instans intrinsecū talis tēporis illa res potest durare . et in nullo instanti extrin- seco illa res potest durare . propter hoc qd illud tēpus dictū est esse minimum ultra qd illa res non potest durare . et pro- pter hoc dicto tēpore non dat maius tēpus in quo illa res possit durare et in quolibet instanti illius tps illa res potest durare . ergo illud tēpus est maximum tempus in quo illa res potest durare . **Et** ista cōclusio posita sit pro intentione Aristo . **Decima cōclusio** . nō oē ens h̄z potentia sue du- rationis per maximum tps per qd potest durare . p̄ de reb̄ incor- ruptibilib̄ quaz duratio nō est terminata nec terminabilis . **et ex hoc** soluta ē p̄ia rō vna cū vno correlario posito in tra quartā cōclusionē secundi articuli . **Ad** sc̄daz cōfirmationē . nego qd terra p̄pe cētū sit incorruptibilis . imo dico qd aliqñ corrupet . nā p̄ fluxus multaz p̄tū terre vna cū fluxijs fluentibus ad mare alias p̄tē terre cooperiēs pars terre que ē mō ultra terrā centra- lē sit grauior . et ps terre que est citra sit lenior p̄ ablationem talū p̄tū terrestriū ad ipsa . et sic tandem p̄tes terre que mō sunt in centro aliquādo erūt dic in superficie . et tūc per appo- sitionē suoz cōtrarioz corrupent secūdiū se totas . vel sal- tem fin suas partes . **De** igne autēz modo existēte i cō- cano orbis lune quomodo aliquando corruptetur dictus est in corpore questionis . **Ad** secundam principales de prolongatione vite dico qd bene potest prolongari . sed non quātumlibet . vnde vita hominis non potest prolongari vl- tra certam periodum vel durationem determinatam pro- specie humana . h̄z bene possit quantum est ex parte idm̄dū .



ad hoc valet medicina. Ad tertiaz nego consequentia  
 causa negationis dicta est in corpore questiois. Ad qu  
 tam. si aliquid ens per tempus durat semper durabit. ne  
 go. Et quando dicebatur. si durat per aliquod tempus in  
 cuius sine est tante potentie sicut erat in principio adhuc pot  
 durare per tantum bene concedo. sed vterius dico qd pot  
 non potest continuari quantalibet propter motu cel. et co  
 stellationes alias. et alias que sunt cause corruptionis. et ge  
 nerationis istorum inferiorum. sicut probat Aristoteles in  
 secundo de generatione.

Manifestum autem et aliter qd impossibile cor  
 ruptibile ens non corruptum est quandoqz et. Tex  
 tu cometis ceterisimi trigesimi tertii. Qd xvii.

Artum

Propositorum erat. vtz  
 omne corruptibile neces

ario corrupat. arguitur primo qd non de par  
 tibus centralibus terre que sunt corruptibiles  
 qd compositae ex materia et forma. et tamen non  
 necessario corruptuntur. qd non videt quod

modo sibi posset applicari corrupens. sicut est ignis aut  
 aer que sibi sunt contraria. Similiter sic potest argui de  
 igne contiguo concavo orbis lune. Et confirmatur. qd talia  
 simplicia non senescunt. ergo non corruptuntur consequen  
 tia videtur tenere ex eo qd corruptio videtur presupponere  
 senectutem. antecedens patet. nam dicitur quarto methen  
 rosum qd ignis non putrescit. et cum senectus sit quedam  
 putrefactio sequitur qd ignis non senescit. Secundo ar  
 guitur de auro quod est corruptibile. qd habet materiam.  
 et tamen nunq corruptuntur. prout alchimiste dicunt se ee  
 expertos. qui habent artes corrupendi omnia alia metal  
 la et non habent artem corrupendi aurum. Tertio ar  
 guitur de qualitate symbola que manet eadem in genito q  
 fuit in corrupto. sicut est caliditas que manet eadem in igne  
 que fuit in are quando ex aere generatur ignis. si ergo ex  
 aere fiat ignis. et ex igne aer absqz hoc qd illa materia aliqn  
 subiciatur forme aque vel forme terre. nunq illa caliditas  
 corruptuntur. et tamen est corruptibilis. ergo et. Quarto  
 tamen lune ad quod non attingit umbra terre est corrup  
 tibile. et tamen nunq corruptuntur. ergo non omne corrup  
 tibile necessario corruptuntur. consequentia tenet. prima  
 pars antecedentis probatur. nam lumen lune ad quod potest  
 attingere umbra terre et lumen lune ad quod non potest  
 attingere umbra terre sunt eiusdem speciei. sed primus est  
 corruptibile. nam aliquando corruptuntur sicut in eclipsi lu  
 ne quando terra diametraliter interponitur inter sole et lu  
 nam. ergo scdm etiam est corruptibile. et tamen nunq cor  
 ruptuntur ex eo qd nunq applicabitur sibi corrupens.  
 Quinto aliquod corruptibile contingenter corrupet.  
 ergo non omne corruptibile necessario corrupet. pna tenet  
 ans patet de forte qui forte cras a casu occidetur. mo qd a  
 casu corrupet contingenter corrupet.

Oppositum videtur velle Aristo. et commē  
 tator. In ista questione prio  
 ponā aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Prima distinctio est ista. qd refert dicere omne cor  
 ruptibile necessario corrupet. et dicere  
 omne corruptibile corrupti est necessarium. prima. n. est  
 distilla. et secunda est composita sicut scitur ex logica. Tse  
 cunda distinctio de corruptibili. qd corruptibile vno modo  
 dicit de omni illo qd potest corrupti. sine sit. sine no sit. et  
 sm illam acceptionem diceremus antipm esse corruptibi  
 lem. et ita large non accipitur corruptibile in proposito alio  
 modo sumitur corruptibile p omni illo quod est et potest  
 corrupti. et sic accipit corruptibile in pposito. et dicit de  
 substantia corruptibili. et similiter de accidente corruptibi  
 li. Tertia distinctio qd duplex est potentia. scilicet natu  
 ralis et supernaturalis.

Tunc sit prima conclusio. scdm potentiam superna  
 turales non oportet qd omne corruptibile all  
 quando corrupat. pbat. nam talis potentia posset aliqz  
 rem corruptibilem ex se perpetuare et conservare in ppe/

tuum. Sed dices si talis res ppetuabitur tunc est ppe  
 tua. et si est perpetua tunc non est corruptibilis. Respo  
 detur concedendo qd si talis res perpetuabitur qd tunc est  
 perpetua. Alterius tamen concedo qd eadem res que po  
 test perpetuari potest corrupti et reuerso. Unde conce  
 do qd corruptibile potest esse perpetuum: et perpetuum pot  
 corrupti. nego tamen istam possibile est corruptibile esse  
 perpetuum et possibile est perpetuum esse corruptibile. Pre  
 dictam tamen conclusionem non concederet Aristo. licet  
 nos fm fidem nostrā ipsam cōcedere debeamus. Tūc  
 sit alia conclusio secunda fm psm. omnis substantia corru  
 ptibilis corrupet. probatur primo ex pte materie. qd ois  
 substantia corruptibilis habet materiam que semp est in po  
 tentia ad essendum sub alia et alia forma: et cum talis poten  
 tia non sit ppetuo frustra. sequit qd aliquando reducetur ad  
 actum. et tunc recipiet vnam aliam formam a forma quaz  
 iam habet. et tunc ois formam precedentem corrupti. cuius  
 non sit possibile fm potentiam naturalem tales duas formas  
 stare simul in eadem materia. cum aut talis forma pcedēs  
 corruptuntur. etiam substantia composita cuius illa est part  
 .s. essentialis corrupit. Secundo ois substantia corru  
 ptibilis vel est simplex vel mixta. si materia eoz semp  
 corrupet sicut p3 de elementis. qa materia eoz semp  
 appetit esse sub alia et alia forma. si autem mixta itez aliqn  
 corrupet: qa si est mixta et cōmiscibilia ex quibus ē mix  
 ta sint contraria. et continue agant et patiant adinvicem. seq  
 tur qd aliqn corrupet. Tertio ratione Ari. si aliqd cor  
 ruptibile posset semp durare sequer qd idē pot non esse  
 non potest non esse. pbat. consequentia. qa sequit est. cor  
 ruptibile. ergo habet aliquam potentiam resistendi contra  
 rija. et tunc si potest resistere p infinitum tempus habet po  
 tentiam infinitam intensiue. ergo a nullo contrario pot re  
 mitti vel corrupti illa potentia. quia infinitum non potest  
 pati a finito nec ab infinito. et sic illud est incorruptibile qd  
 ponebant corruptibile. et vltra. ergo non potest non esse.  
 et quia est corruptibile pot non esse. et sic potest non esse.  
 et non pot non esse. qd est probandum. Quarto. ois sub  
 stantia corruptibilis habet finitam potentiam sue duratio  
 nis. vt dicebatur in precedente questione. ergo aliquando  
 finietur talis potentia. et per pns tunc talis substantia corru  
 pt. Tertia conclusio. nulla suba corruptibilis necessario  
 corrupit. pbat ois suba corruptibilis cōtingenter corru  
 ptur. ergo no necessario. pna tenet. antecedens pbat. nā  
 ois substantia corruptibilis vel corrupet ab intrinseco vl  
 ab extrinseco. si ab extrinseco hoc est per applicationē con  
 trarij. talis autem applicatio per libez arbitrium pot impe  
 diri. et sic contingenter corrupet ab extrinseco. si autem  
 corrupet ab intrinseco. hoc est ex eo qd vnu elementū  
 dominat sup alia. et est fortius sup alia. modo actio elemē  
 ti fortioris etiam potest impediri. puta p aliquā medicinā  
 vel vniuimodi. Quarta conclusio. de intentione Ari. bec  
 est necessaria. omnis suba corruptibilis corrupet. pbat  
 qa necesse est ita ee sicut ipa significat. p3. quia si no tūc ei  
 oppositū stabit. s. aliqua substantia corruptibilis no corrup  
 et. modo hoc est falsuz. et cōtra scdas conclusionē. Sed  
 dices in. laz dixisti de substantia corruptibili qd aliquando  
 corrupet. quid dices in de accidentibus corruptibili  
 bus. vtz aliquod tale corruptibile nunq corrupet. Disti  
 guo de accidentibus. qd quedam sunt accidentia que corru  
 ptibilia sunt p se sicut caliditas. vel ex cōsequētia sic albedo.  
 alia sunt accidentia corruptibilia no a suis pstrarijs p se. vel  
 ex psequenti. sed pp absentiam conseruantis. sicut ē lūmē.  
 vel species in medio. De accidentibus primo mō dicitur di  
 ceandum est sicut dictum est de substantijs corruptibilibus.  
 De accidentibus aut secūdo modo dicitur sit qnta conclusio  
 qd qlibet tale est corruptibile. et tñ possibile est qd nūquaz  
 corrupat. sicut prius arguebatur de lumine. vñ lumen  
 de natura sua non repugnat qd corrupat. et tamen aliud  
 de sicut p pntia pseruatis potest ppetuo pseruari. Et rō  
 est. quia tale accidēs non habet contrariū positū. et ideo  
 nullus est virtutis ad resistēdū pstrario. et propter hoc no  
 oportet si nunquā corruperetur: sed duraret i ppetuum

ergo haberet virtutem resistendi infinitam. Sed diceres contra. nam si talia accidentalia sunt corruptibilia et possibile est quod nunquam corrumpantur. sequitur quod potentia eorum ad corruptionem est frustra. Respondetur distinguendo de potentia quod quedam est potentia ad contrarium positionem. sicut frigidum est in potentia ad calidum et si materia nunc frigida que potest esse calida nunquam haberet caliditatem potentia talis materie ad caliditatem diceretur esse frustra. et talem potentiam frustrari perpetuo non concederet philosophus. alia est potentia ad privationem eo modo quo nunc existens mediū illuminatū potest fieri vmbrosū. et talē potētā frustrari non est inconueniens. nec talis est potētā nisi conditionaliter. ex hoc potest solui instantia.

**Ad rationes** ad primam. scilicet de partibus centralibus terre. et de igne in concavo orbis lune. dico quod dictum est in alia questione quomodo aliquando corrumpitur. Ad confirmationem quod dicebatur simplex non est sensibilis. dico quod immo. scilicet tamen quod omnis senectus fit per alterationes. et mixta continue alterantur. ideo continue senescunt per processum temporis sed quod simplicia sicut ignis in sphaera sua. et partes centrales in centro per multos annos non alterantur. etiam per multos annos non proprie senescunt. scilicet appropinquant corruptioni. sed statim cum alterantur senescunt. non tamen per putrefactionem quemadmodum mixta. sed per dispositionem eorum ad corruptionem factam per eorum sphaeram. Ad secundam de auro. dico quod immo aliquando corrumpitur. et quando arguitur alchimiste non possunt ipsum corrumpere per artem suam. ergo non corrumpitur. neganda est consequentia. quod natura multa potest quae non potest ars. unde quibus ars bene disponat ad corruptionem. tamen non potest eam complere. hoc tamen potest natura. et ideo natura vigorosior est ad corrumpendum quam ars. Ulterius dico quod bene aurum per diuturnitatem suam et breuitatem vite hominum videtur quod nunquam corrumpitur. scilicet ita non fit. Ad tertiam de qualitate symbola. dico quod necesse est aliquando in aliqua reuelatione celi quod illa materia que est sub forma aeris vel ignis aliquando fiat sub forma terre vel aque. nec est possibile quod ita perpetuo ex aere fiat ignis et e converso. modo quando materia aeris vel ignis erit sub forma terre vel aque tunc talis caliditas de qua arguitur corrumpitur. et ita dico de qualis alia materia quod talis est cursus nature quod quelibet portio materie sub qualibet specie fuit infinites et erit. scilicet forte non ordi ne eodem. et hoc supposita eternitate quam credidit Aristoteles. Ad quartam de lumine. lumen ad quod non attingit vmbra terre potest dici secundum quod dictum est in quinta conclusione. aliter potest dici quod non est aliquod lumen lune quin corrumpatur. licet aliquod aliquando corrumpatur per vmbraem terre. aliquod etiam corrumpitur aliunde. unde propter motum solis potest dici quod in luna continue est aliud et aliud lumen propter diuersum aspectum quem sol habet ad lunam. unde in medio illuminato a sole in quolibet instanti est aliud et aliud lumen. pro hoc quod in quolibet instanti sol habet alium et alium aspectum super illud medium. Ad quintam concedo totum argumentum. quod nihil de necessitate corrumpitur sicut dicitur tertia conclusio. cum hoc tamen bene stat quod sortem et sicut platonem et quacumque aliam substantiam corruptibilem corrumpi est necessarium. Et sic est finis questionis.

Est autem sic videre quod impossibile aut quod factum est quandoque incorruptibile aliquid perficere. Aut ingenerabile ens et semper prius quod corrupti etc. Textu commenti centesimi trigesimali quarti.

Questio XVIII.

**Alitum** propositum erat. vtrum aliquid de nouo genitum possit perpetuari. et aliquod eternum possit corrumpi. id est vtrum aliquod non perpetuum a parte ante possit perpetuari a parte post. et aliquod perpetuum a parte ante possit non esse perpetuum a parte post. De primo arguitur primo quod sic de

anima intellectiva que est non perpetua a parte ante. cum enim insubstans de nouo incipiat esse illo homine incipiente esse. et tunc est perpetua a parte post. Secundo. nam aliquis ignis potest de nouo generari. et in concavo orbis lune ubi est locus naturalis ignis poni. et ibi perpetuari sicut arguebatur prius. Deinde arguitur de secundo. nam possibile est quod aliquis mons fiat nouiter in terra. ratione cuius in aliqua parte celi causetur vmbra. et corrumpatur lumen quod perpetuo ante fuit. et sic perpetuum a parte ante non perpetuabit a parte post. Secundo nam potentia materie ad formam sortis fuit perpetua a parte ante. que modo est corrupta in aduictu forme sortis. Deinde arguitur simul ad utramque partem questionis. nam non videtur esse impossibile quod aliquid sit finitum ab vna parte et infinitum ab alia. ergo nec videtur esse impossibilis prima pars questionis neque secunda. ans probatur de linea gyrationis transeunte per omnes partes proportionales alicuius colune. que est finita ex vna parte. et infinita ex alia. unde est finita versus partes proportionales maiores. et infinita eundo versus partes proportionales minores. hoc idem videtur de tempore preterito. quod a parte ante dicitur perpetuum. et a parte post non perpetuum. tempus autem futurum a parte ante dicitur non perpetuum. a parte autem post dicitur perpetuum.

**Oppositum** videtur velle Aristoteles. et commentator. unde potest argui sic. semper ens et semper non ens sunt contraria. ita quod semper ens necessarium est. et semper non ens est impossibile. Ergo mediū iter ea videtur esse contingens. sicut est illud quod est aliquando ens et aliquando non ens. ergo quicquid est et aliquando non fuit est contingens. et per hanc potest non esse. et cum potentia non sit ad preteritū sed ad futurū. sequitur quod tale quantum ad futurū potest non esse. et cum talis potentia non frustrabitur perpetuo tempore. sequitur quod hoc aliquid non erit. et sic non erit perpetuum a parte post. Per istam rationem videtur posse probari quod non perpetuum a parte ante non est perpetuum a parte post. Et sic si anima intellectiva incepisset esse de nouo non perpetuaretur a parte post. et sic esset improbata prima pars questionis. Secundo contra eandem partem arguitur sic. si aliquid esset non perpetuum a parte ante. et perpetuum a parte post. sicut solemus dicere de anima intellectiva. tunc eum dandum vnum tempus infinitum per quod illud perpetuo non fuisset a parte ante. et tunc non esset ratio quare talis res magis inciperet esse in vno instanti quam in alio. ex eo quod in tempore infinito vnum instantans non habet magis rationem mediū vel terminū quam reliquum. et sic si talis res per tempus infinitum non fuisset nunquam inciperet. et sic non esset perpetua a parte ante. Deinde arguitur contra ambas partes questionis simul. nam si inbe ptes quoniam essent vere. sequeretur quod essent concedenda plura infinita. cuius oppositum vult commentator. probat hanc. nam pro non perpetua a parte ante et perpetua a parte post oporteret procedere vnum tempus infinitum per quod illa res perpetuo duraret a parte post. et pro perpetua a parte ante et non perpetua a parte post oporteret procedere aliud tempus infinitum per quod illa res perpetua durasset a parte ante. et sic oporteret procedere duo tempora infinita. vnum a parte ante. aliud a parte post.

**Pro respondendo** ad istam questionem distinguendum est de ipso vno modo. accipit ipse solus pro illo quod implicat contradictionem et ipse pro illo quod si implicat contradictionem alio modo accipit ipse. prout extendit se ad illud quod non potest fieri secundum cursum nature. licet possit fieri per potentiam supernaturalem et ipse solus pro illo quod potest fieri secundum cursum nature.

**Tunc** sit prima conclusio. capiēdo ipse 2<sup>o</sup> ipse est quod aliquid potest generari sic est mixtum vel est vel habet hanc partem tunc. probat. nam hoc est extra cursum nature. cum tale habeat in se hanc partem que sunt hanc sue corruptio. vel aliquid applicabitur suo hanc partem corrupti. Secundo quod tale est facta corruptibilis vel accidit corruptibile a suo hanc partem se vel ex hanc partem. sed de tale aliquid quando corrumpitur per precedentem conclusionem. aliter. n. sicut dicebatur in precedenti questione haberet infinitam potentiam resistendi futuris contrariis. sciendum tamen quod cum illa conclusio habet stat quod aliquod tale bene possit perpetuari per potentiam supernaturalem. Secunda conclusio. vniuersaliter de omni de nouo gen

nto determinante sibi contrarium impossibile est loquendo  
 iterum de impossibili secundo modo ipsas perpetuari. pbatur  
 sicut pcedens. **¶** Ex ista cōclusionē sequitur qd si anima in-  
 tellectiva est forma inherens materie determinās sibi qntū  
 ad suum esse qualitates habentes contraria sūm cursum na-  
 ture non est perpetua a parte post si non est perpetua a pre-  
 ante. **¶** Si autem velleinus dicere qd anima intellectiva  
 qntū ad esse in corpore et qntū ad exercere operationes  
 corporales indigeret qualitatibus habentibus contraria sed  
 non indigeret talibus qntū ad esse suum simpliciter dice-  
 retur qd non esset incōveniēns ipsam extra corpus manere  
 perpetuo. Sed forte hoc philosophus non pcederet. licet  
 nos sūm nostram fidem et veritatem pcedere debeamus.  
**¶** Tertia conclusio. si aliquid est de novo genitum vīdo  
 generatione pro inceptione: et non habet cōtrarium nec de-  
 terminat sibi cōtrarium sicut est lumen. possibile est qd iter-  
 cūq; accipiat possibile illud perpetuari qntū est ex se. i.  
 non repugnat sue nature. pbatur. quia ex quo tale nō ha-  
 bet contrarium nec determinat sibi contrarium nō habet poten-  
 tiam resistendi contrario. et ideo nō obstat qd perpetuet nō  
 propter hoc oportet ipsam habere potentiam infinitā du-  
 rationis prout potentia durationis est idem quod potentia  
 resistendi corrumptionibus. ita qd breuiter entia talia nō de-  
 terminantia sibi contraria sic se habent qd possunt corrum-  
 pi accipiēdo corruptiones prout extendit se ad quācūq; desin-  
 tionem. et possunt perpetuari. et hoc aliunde. pbatur qdē  
 sūm perpetuam cōseruationem cōseruantis si aliquid eēt  
 tale. et corrumpti per absentiam cōseruantis. et illud intelli-  
 gitur de talibus que cōseruantur a cōseruantibus. quibus  
 non repugnat qd possunt mutari et non mutari. **¶** Quarta  
 conclusio impossibile est materiam perpetuā a parte ante  
 non esse perpetuā a parte post. probatur. qd si ipsa desine-  
 ret esse vel per corruptionem vel per annihilationē: vtrūq;  
 est impossibile. non per corruptionem. qd corruptio pprie  
 relinquit post se materiam que fuit pars corrupti. modo si  
 materia corrumperetur materie esset materia quod est sal-  
 sum. nam tunc materia non esset simplex. etiam esset pces-  
 sus in infinitum in materiabus: nec potest dici qd materiam  
 esse nō perpetuā a parte post si possibile per annihilationē  
 nem qd talem annihilationem oportet fieri per primam  
 causam que est imutabilis. sed si perpetuo materiam con-  
 seruasset in esse. et nunc eam annihilaret prima causa vī-  
 deretur esse mutabilis. ita argueret cōmētator. **¶** Quinta  
 conclusio. celum perpetuū a parte ante esse non perpetuū  
 a parte post est impossibile. pbatur. qd celum cōseruat in  
 esse immediate a causa imutabili. ideo si talis perpetuo ipsū  
 cōseruasset. et modo non talis causa videretur esse mutabi-  
 lis. **¶** Sexta conclusio. aliqua intelligentia cōtra primā per-  
 petuam a parte ante esse nō perpetuā a parte post est im-  
 possibile. pbatur sicut pcedēs. **¶** Iste cōclusio de sub-  
 stantia debent intelligi de impossibili sūm cursum nature.  
**¶** Septima conclusio. primā causā esse non perpetuā a  
 parte post est impossibile. pbatur. qd si desineret esset hoc  
 esset vel a se vel ab alio. non a se. qd tunc aliquid esset destru-  
 ctum sūm ipso: nec ab alio. qd tunc aliquid esset potentia  
 prima causa. et sic prima causa non esset prima causa. quod  
 implicat. **¶** Secūdo dato opposito cōclusionis prima causa  
 esset mutabilis: quod est impossibile. **¶** Octava cōclusio.  
 aliqua substantiam esse perpetuā a parte ante et non per-  
 petuā a parte post est impossibile. pbatur. omnis substā-  
 tia perpetua a parte ante vel est materia prima. vel celum  
 vel intelligentia cōtra primam vel ipsamet causa prima. sed  
 de qualibet istarū est verū dicere qd ipsam nō eēt perpetuā  
 a parte post est impossibile. sicut dixerunt cōclusiones pre-  
 cedentes. igitur et cetera. Et est differentia qntū ad hoc de sub-  
 stantiis perpetuis a parte ante. et de accidentibus. quia si  
 aliqua sunt talia accidentia illa non dependent immediate a  
 causa non mutabili. sed mediate: et immediate a causa muta-  
 bili. et ideo non mirū si talia accidentia perpetua a pre ante  
 si aliqua sint talia possint eē non perpetua a parte post: licet  
 hoc si sit possibile d substantiis.

dirissent animā intellectuā non incepisse de nobis. s; eē ppe-  
 tuam tam a parte ante qd a parte post. et eē vnā numero in  
 oibus hoibus. cuius determinatio magis pmet ad tertium  
 de aia. **¶** Ad scdaz de igne dictū est pū in qōne pcedente  
 qōnē istā. **¶** Ad aliā diceret qd illa iret pro tertia cōclusionē.  
 Vel pōt dici supposita eternitate mundi quam credidit vel  
 determinat Aristo. qd terra non posset augeri in aliqua pte  
 quin aliquādo fuisset ibi aucta isto modo ante multa secula.  
 et sic nullū eēt lūmē nec fuisset lūmē in celo perpetuū a parte  
 ante qd nūc corrumperet vel aliquid alias corrumperetur.  
**¶** Ad aliā de potentia materie respectu forme sortis nunc  
 genite. dicendū qd talis potētia in aduētū forme sor. nō cor-  
 rumperetur. qd talis potētia nō ē aliud a materia. nihilominus  
 materia desinit eē in potētia ad tales formā: ad istū intel-  
 lectum qd talis propositio desinit eē vera. materia est in potē-  
 tia ad talem formā. **¶** Ad vltimā. nō est incōueniēs qd ali-  
 quid sit infinitū ab vna parte et infinitū ab alia. dico qd imo  
 et quādo dicebat de linea gyratina. dico sicut prius diceba-  
 tur qd nulla linea gyratina est infinita nec ad vnā partē solū  
 nec quomōlibet aliter. quia nec illa que gyrat duas partes  
 colūne. nec que gyrat tres et cetera. nec que gyrat omnes partes  
 pportionales. qd nulle sunt omnes. qd nec due sūt omnes:  
 nec tres sunt oēs. et sic de alijs. **¶** Ad affirmatiōē dico etiā  
 qd nullū ē nec fuit tēp<sup>9</sup> pteritū infinitū. qd nec dies. nec septi-  
 mana. nec mensis nec annus: nec duo anni. nec tres anni. et  
 sic de alijs. nihilominus hū pcedo qd infinitū fuit tēp<sup>9</sup> pteritū.  
 qd quātolibet tempore preterito dato maius fuit tempus  
 preteritum. nec hoc est contra predicta. proportionaliter est  
 dicendū de tempore futuro.

**Beude** ad rationes post oppositū que videntur  
 probare vniuersaliter qd nullum ens sine  
 suba sine accidens de nouo genitum possit perpetuari. et  
 nullam perpetuam a parte ante potest corrumpti. qd videt  
 esse ptra tertiam cōclusionē. **¶** Ad primā quādo dicit semp  
 ens et semp nō ens sunt contraria. placet mihi. sed semp ens  
 est necessariū. hoc potest negari. qd aliqd pōt eē semp ens  
 qd tamē nō necessario semp est ens. sed ptingēt. Itēz  
 semp nō ens nō est impossibile. qd Antixps pōt semp nō esse  
 ens absq; hoc qd impossibile sit ipsum esse ens. et sic negaret  
 fundamētū istū rōnis. **¶** Et vltērius qd dicebat. si aliquid  
 nō eēt semp ens nec semper non ens. tūc eēt ptingēs. pla-  
 cet mihi. ergo potest nō eē. adhuc placet mihi. ergo nō ppe-  
 tuabit negat dñā. et qd dicebat tūc talis potētia ad nō esse  
 frustraret. **¶** Respondet sicut dicebat i pcedētū qōne nō esse  
 incōueniēs potētia frustrari que nō est ad aliqd positū ex  
 hoc ad argumentū patet. qd sit dicēdū. **¶** Ad scdāz seg<sup>9</sup>  
 qd esset dare vnū tēpus infinitū per qd illud ppetuo nō fuis-  
 set. nego. sed sufficit qd infinitū fuerit temp<sup>9</sup>. hoc est quāto-  
 libet tempore maius fuerit tempus in quo non fuit. et sic  
 etiam illa ratio non pcedit. quā arguebatur qd nō esset ratio  
 quare magis inciperet esse in vno instanti qd in alio.

**Quod quidē ingenitūz icorruptibile et qd i-  
 corruptibile igenitū. Textu smēti cētesimi vige-  
 simi quinti. Consequitur ergo adinuicē genitū  
 et corruptibile. Textu smēti centesimi vigesimi  
 octauū.**

Questio XIX.

**Extum** propositum erat. vtrūz  
 generabile et corruptibile  
 conuertantur adinuicē. et similiter inge-  
 nerabile et incorruptibile. et arguit primo  
 qd non. omne corruptibile aliquando cor-  
 rumperet per predicta in pcedenti questio-  
 ne. sed non omne generabile corrupper-  
 tur. ergo non omne generabile est corruptibile. discursus  
 est bon<sup>9</sup>. qd in baroco. et maior p3. minor pbatur. nō omne  
 generabile gnābit. igitur nō omne generabile corrupperet. qd  
 tenet. nā si aliqd gnābile d3 corrumpti oportet qd pri<sup>9</sup> generet  
 antecedēs pbat. pmo. quia ex hoc vno esse generabile acer-  
 tum. et tamen forte nunc generabitur. quia prius vnum  
 potabitur. Secundo ista mulier que est perfecta et apta.

**Ad rationes** hoc si sit possibile d substantiis.  
 Ad primā. Aristo. et Cōmētā.

ad generationem potest maritari & longo tempore vivere. & sic possibile est qd ex ea generentur filij. & tamen possibile est qd illi nunq̄ generabuntur. qz possibile ē qd ipsa cras casualiter interficiatur. **Tertio** si est necessariū qd omne generabile generabitur: tunc omnia que eueniant necessario euenirent. sic qd non est possibile ea nō euenire. sed hoc est falsum. & p̄tra Ari. i sine p̄mi peribermētiā. & p̄tra. fidē. **Secundo** arguitur ad principale. si generabile & corruptibile adinvice conuertentur. & cū generabile habeat potentiaz ad esse & corruptibile ad nō esse. sequitur qd ides simul haberet potentiam ad esse & non eē: ex quo idem eēt generabile & corruptibile. postq̄ generabile & corruptibile adinvice conuertuntur. **Tertio** for. qui est iaz genitus est corruptibilis. & tamen nō est generabilis. igitur nō omne corruptibile est generabile. prima pars antecedētis patet. secunda pars probatur. quia qd semel genitus est amplius generari non potest. qd probatur sic. nam si semel genitum amplius generari posset. vel generatione qua prius generabatur vel alia generatione. nō potest dici primū qd potentia nō est ad preterita. vnde annus preteritus nō potest iterato esse. nec potest dici secundum. qz anteq̄ generetur illa generatione alia a priori oportet qd prius corrupteretur. & sic idem numero post sui corruptionem posset redire: qd est falsum & improbatum per Ari. secūdo de generatione. **Quarto** sicut se habet generabile ad generatum ita corruptibile ad corruptum. ergo a transmutata proportionē sicut se habet generabile ad corruptibile ita genitum ad corruptum & e conuerso. sed non omne genitum est corruptum sicut notū est de se. ergo non oē generabile ē corruptibile. sicut ergo est improbatā prima pars questio nis. ad cuius improbatōē sequitur improbatō secundē.

**Oppositum** videtur velle Ari. & arguit sic. quēcūqz conuertitur cū aliquo tertio p̄uertit iter se. s; i generabile p̄uertit cū semp̄ ente. & i corruptibile conuertitur cum eodem. ergo i generabile & i corruptibile conuertitur iter se. **Sic** ḡnabile p̄uertit cū aliquo ente & aliquo nō ente. & corruptibile cū eodē. ergo ḡnabile & corruptibile p̄uertit iter se. **In** ista qōne p̄mo vidēdū ē de q̄ tāḡi i p̄mo argumēto viz. s. hec sit p̄cedēda. oē ḡnabile ḡnabitur. sc̄do r̄ndendū est ad questum.

**Quantū** ad p̄mū sit p̄ma distinctio ḡnabile dicē duplici vel qd pōt p̄gari subiectiue. vel qd pōt generari terminatiue. ḡnabile subiectiue d̄r nō qd capit esse postq̄ nō fuit. s; qd pōt eē subm̄ ḡnatiōis ei? qd capit esse postq̄ nō fuit. generabile aut̄ terminatiue dicitur qd potest esse terminus generationis p̄ quam aliquid capit esse postq̄ nō fuit. isto modo forma vel compositus dicit esse generabile. Istaz distinctionem ponit cōmenta. p̄mo p̄by. & Ari. similiter eā videt̄ innere i littera. **Secunda** distinctio. de ista qōne possumus loq̄ sup̄naturaliter aut natura liter. ac si opinio Ari. eēt vera qua opinabitur in dū ē eeter nūz tā a pte ante q̄ a pte post. **Tunc** sit prima conclusio. si loq̄mur q̄ntuz possibile ē per potētā sup̄nālez: p̄cedere debem̄ qd aliquid est ḡnabile subiectiue v̄l sup̄naturaliter sine subiectiue sine terminatiue: qd forte nūq̄ ḡnabitur. p̄z. qz materia hui? hoīs ē ḡnabilis subiectiue. quia pōt ex ea alia generari forma. qm̄ forma hoīs ab ea sepatur. & tamē de? pōt facere qd nūq̄ ex ea aliquid aliud generaret. qa pōt eā annihilare velle ipsuz cū aīa in celuz assumere ita qd nūq̄ ex ea alia forma generaret. sed hoc nō cōcessisset Ari. & cōmētator credentes se demonstrare ex hoc qd deus est imutabilis sicut plures prius arguebat. patet hoc etiam de anima ant̄cipi que potest generari terminatiue. & deus posset facere qd nunq̄ generaretur. nimmo adhuc hoc posset fieri naturaliter. **Deinde** ponam conclusiones de ista dubitatione quas Ari. posuisset. & p̄ma sit ista. qd omne generabile subiectiue generatione & substantialiter generabitur. quia oē tale generabile est prima materia que aliquando generabitur subiectiue. qz ipsa est sub forma corruptibili que aliquo corruptet̄ & nō corrupet̄ nisi alia generet. cuiz mā nō possit esse naturaliter sine forma. ergo ista mā tunc generabitur subiectiue. **Secunda** conclusio. in substantijs. omne ge-

nerabile terminatiue generabitur: si ponamus qd ista dictio omne distribuatur solum vsqz ad species non vsqz ad individua. probatur. naz si lapis est generabilis. hoc est ex aliqua materia. & ab agēte qd pōt materie illi applicari. & si potest applicari applicabitur etiam infinities propter eternitatem motus celli. Sed talibus applicationibus ipius agentis ad ipsam materiam factis pro generatione lapidis lapis generabitur. Et non oportet qd iste. sed sufficit qd iste vel ille. & sicut argutum est de lapide. ita potest argui de asino & de quacūqz alia specie. Et credo qd expediat. imo sit necessarium quantum ad ista supponere commensurabilitates motuum supercelestium. quia forte si essent incommensurabiles aliter esset & fieret. **Tertia** conclusio. non omne generabile terminatiue generabitur faciendo distributiones ad individua. & hoc probat̄ ille tres rationes sufficienter posite in principio questio nis. **Sed** contra istam conclusionem dubitatur probando qd omne generabile generabitur prout ly omne distribuit vsqz ad individua. quia si nō sit. a. generabile qd non generabitur. tunc arguitur sic. a. non generabitur. & idē. a. generabitur. ergo qd generabitur non generabitur. discursus est bonus. & conclusio est impossibilis. ergo aliqua premissarum. non minor. ergo maior. Qd minor non sit impossibilis. probatur. quia ex quo. a. est generabile per posituz non est impossibile qd. a. generabitur. **Secundo**. si non tunc aduersarius haberet concedere istam copulatiuam. a. est generabile. & tamen. a. non generabitur. sed hoc est falsum. quoniam ad vnam eius partem sequitur oppositum alterius. sequitur enim ad istam partē. a. non generabitur. ista. a. nō est generabile que repugnat p̄ime parti dicte copulatiue. **Tertio**. si. a. non generabitur tunc hec est falsa. a. est generabile. probatur. quia tunc hoc. a. est generabile est affirmatiua cuius subiectum ipso nullo supponit. quia nec pro illo quod est nec fuit nec erit. sed omnis affirmatiua est falsa cuius subiectum pro nullo supponit. **Ad** ista. ad primū quando arguebatur sic. a. generabitur. & c. concedo qd discursus est bonus & qd conclusio est impossibilis. & vterius dico qd non propter hoc oportet aliquam premissarum esse impossibilem. sed sufficit totale antecedens esse impossibile. s. copulatiuam compositam ex maiore & minore. que non est impossibilis propter alicuius sue partis impossibilitatem. sed propter suaz partium incōpossibilitatē. quod patet in simili sic arguēdo. omne currens est homo. equus est currens. ergo equus est homo. discursus est optimus. quia in tertio modo p̄ime figure. & conclusio est impossibilis. non tamen propter hoc aliqua premissarum est impossibilis sicut vos videtis. sed bene premissæ sunt incōpossibiles. & hoc sufficit. & ideo quando arguitur discursus est bonus. & conclusio est impossibilis. ergo aliqua premissarum. non debet concedi cōsequentia. nisi cum ista additione. vel copulatiua ex ambabus composita est impossibilis. **Ad** secundam. tunc aduersarius & c. concedo. & cum dicebatur. illa est vna copulatiua cuius vna pars infert oppositum alterius. nego. et quando dicebatur. a. non generabitur. ergo. a. non est generabile. neganda est consequentia. quia cuz ista. a. non generabitur bene stat ista. a. potest generari. & per cōsequēs ista. a. est generabile. **Sed** diceret. si. a. nō generabitur. tunc si aliquis homo protulisset heri istam propositionē. a. non generabitur ipse dixisset verum: ex quo. a. non generabitur. & si ista propositio fuisset vera: sequitur qd impossibile est ipsam non fuisse veram. quia quod fuit impossibile est non fuisse. ergo etiā impossibile est illud ad quod sequitur ipsam non fuisse veram. sed ad istam propositionē. a. generabitur sequitur illam non fuisse veram que dicebat. a. non generabitur. ergo sequitur qd hec est impossibilis. a. generabitur. ad quod vltra sequitur qd. a. nō potest generari. ideo concluditur qd. a. non est generabile. & sic a p̄mo ad vltimam sequitur. a. non generabitur. ergo. a. non est generabile. **Ad** istud quando dicitur qd ad hanc. a. non generabitur. sequitur qd hec propositio. a. non generabitur heri prolata fuit vera: concedo. et quando dicebatur. ergo impossibile est ipsam non fuisse veram. consequentia ne-

gatur. imo dico qd adhuc est possibile ipsam non fuisse ve-  
ram sed falsam. quia sicut habetur primo peribermenas  
nondum est determinatus qd fuit vera aut qd fuit falsa hec  
ppositio de futuro. quoniam talis determinatio dependet  
ex actu futuro ad quem adhuc non est facta determinatio.  
Et quando dicebatur omne quod fuit impossibile est non  
fuisse. concedo. et ideo bene concedo qd impossibile est illam  
ppositione non fuisse. vterius tamen dico qd hec est falsa.  
omne quod fuit verum impossibile est non fuisse verum.  
nec valet consequentia. omne quod fuit impossibile est non  
fuisse. ergo omne qd fuit verum impossibile est non fuisse  
verum. qz committitur ibi fallacia figure dictionis mutando  
quid in quale quid vel in ad aliquid. vnde verum pot dicit  
ad aliquid. ex eo qd ppositio dicit vera quia taliter est i re.  
Ad tertiam scilicet non generabitur. tunc in ista. a. est gene-  
rabilis. h. a. pro nullo supponit. nego. quia h non supponat  
pro pferenti neqz pro pferito neqz pro futuro. tamen suppo-  
nit. pro possibili. et hoc sufficit.

**Quantum** ad secundum dicit Aristo. qd genera-  
bile et corruptibile dicuntur sicut potentia  
et actus. generabile quidem potest generari: et corruptibile quod  
potest corrumpi. iste enim sunt proprie significationes dictionum ter-  
minorum. Et ultra dicit Aristo. qd non est potentia ad preteritum.  
non enim est possibile qd sit annus preteritus. et sicut ista dicta  
videtur sequi qd ista anima quae iam est generata non sit gene-  
rabilis sicut prius arguebatur. tamen ipse bene est corru-  
ptibilis. ergo non omne corruptibile est generabile. et sic dicitur  
termini sicut propriam eorum acceptionem non pvertunt. imo  
corruptibile est in partibus generabile. quia omne generabile est  
corruptibile. sed non omne corruptibile est generabile. Et  
sic etiam ista termini generatum et corruptum non convertuntur  
immo generatum est in plus. quia omne corruptum est generatum  
sed non omne generatum est corruptum. sicut etiam prius ar-  
guebatur. Ita etiam ingenerabile et incorruptibile non con-  
vertuntur. imo ingenerabile est in plus. quia omne incorrupti-  
bile est ingenerabile. sed non omne ingenerabile est incorru-  
ptibile. vterius Aristo. dicit qd tam generabile est corrupti-  
bile pvertuntur cum aliquando ente et aliquando non ente. ita  
qd omne generabile et etiam omne corruptibile est aliquando  
ens et aliquando non ens. sed istud de ppprietate sermonis non  
est verum: nam dicitur est in precedenti articulo qd aliqua sunt ge-  
nerabilia que nisi generabuntur. et sic illa nec sunt nec vnquam  
fuerunt nec erunt. de talibus ergo non est verum dicere qd ipsa  
aliqui sunt et aliqui non sunt. et tamen verum est qd sunt genera-  
bilia. ergo ille terminus generabile est in partibus ille termi-  
nus corruptibilis copulatus aliqui ens et aliqui non ens. Et ex omnibus his si-  
militer dico qd si volumus tenere conclusiones Aristo. oportet da-  
re aliquos sensus qui forte non sunt sicut propriam ipositionem  
terminorum. cum enim dicitur qd isti termini generabile et cor-  
ruptibile convertuntur ad invicem. Et cum illo termino copulato  
aliqui ens et aliqui non ens oportet accipere tam generabile  
est corruptibile pro eo qd aliqui potest vel poterit esse.  
et etiam potest vel poterit non esse. et etiam oportet istum  
terminum copulatum aliqui ens et aliqui non ens accipere non sicut  
actuali existentia vel non existentia. sed pro illo quod potest esse  
et potest non esse. et cum hoc oportet vti isto termino potest sine ad  
esse sine ad non esse. non potest potest connotat carentiam actus sed  
et iuxta ista solui possunt rationes facte hinc inde.

**Quod** quidem igitur neque factus est omne ce-  
lum: neque ptingit corrumpi quemadmodum quidam  
dicitur ipsius. scilicet est vnus et sempiternus et cetera. Secundo  
celi. Textu comenti primi. **Qd. xx. et vltia.**

**Septimum** propositum erat.  
vtrum mundus sit  
perpetuus. Arguit primo qd non. mundus  
est generabilis et corruptibilis. ergo non est  
perpetuus. pna tenet antecedens pbat. qz ex  
quo ad corruptionem partis totum non manet  
idem totum quod ante erat. sequitur qd ad  
corruptionem aliquam particulam mundi non manet idem mundus

qui ante erat. et per consequens cum corrumpitur aliqua pars  
mundi. puta equus vel homo videtur qd corrumpat mun-  
dus. et sic etiam videtur quantum ad generationem. Secundo  
quolibet pars mundi est corruptibilis. ergo totalis mundus  
est corruptibilis. et per consequens non perpetuus. antecedens  
pbat. nam totalis mundus sufficienter dividitur sicut ex-  
clusis deo et intelligens in mundum inferiorum et superiorum  
modo clarum est qd quolibet pars mundi inferiorum potest cor-  
rumpi. siue sit elementum siue mixtum. de mundo etiam su-  
periori sicut est celus probatur qd sit corruptibile. quia quod est  
alterabile est corruptibile. celus est alterabile. ergo et cetera. ma-  
ior patet primo de generatione. vbi dicit. si impossibile est  
aliquid corrumpi impossibile est ipsius alterari. minor patet  
ex eo qd nunc aliqua pars celi est illuminata que ante non erat  
illuminata. illuminari autem est alterari. Et confirmatur  
hoc secundo. agens remotum ab alterabili non alterat ipsam  
nisi prius alterando medium sibi propinquum. modo patet qd sol  
et stelle alterant ista inferiora. ergo videtur qd alterant spe-  
ras celestes intermedias. et per consequens celum. videtur  
etiam alterabile. Et confirmatur hoc. nam corpora cele-  
stia sicut planete maiores habent virtutes in aliquibus si-  
gnis celi. et minores in alijs. ergo videtur. qd talia sint alte-  
rabilia. Tercio ad principale. mundus dependet a deo in  
conservari qui est voluntatis omnino libere. ideo potest velle  
non amplius conservare ipsum. et ita mundus corrumpere-  
tur. cum non possit manere sine conservatioe a deo. Quarto  
quod est augmentabile et diminubile est corruptibile et non per-  
petuum. mundus est huiusmodi. ergo et cetera. pbat minoris  
qd sol et luna et alie stelle que sunt partes mundi de quibus  
minus videtur. sunt augmentabilia et diminubilia. quod  
probatur. quia in ortu eorum et in occasu apparent maiora  
in medio autem celi minora.

**Oppositum** vult Aristo. et probatur ratione  
mundus est perpetuus a parte  
ante sicut creditur Ari. se demonstrasse in octavo phy. ergo  
etiam est perpetuus a parte post. probat consequentia. ex hoc quod  
probat prius in vna questione qd nullus perpetuus a parte ante  
potest esse non perpetuus a parte post. In ista questione primo  
ponit aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

**Quantum** ad primum sciendum est qd duplex est altera-  
tio quod est cum abiectione huius disponens ad  
corruptionem vel generationem sicut est calefactio vel frigidatio vel  
aliqua talis. Alia est altera-  
tio quod non fit cum abiectione huius sicut est illu-  
minatio quod sicut se non est dispositiva ad generationem nec ad corru-  
ptionem huius nisi per accessum. et hoc adhuc non est. vel nisi iuxta sub-  
iecta alterabilia alteratione primo modo dicta. Secunda disti-  
ctio. qd sicut differunt generabile et creabile. ita et differunt corru-  
ptibile et annihilabile. vbi generabile dicitur qd ad sui esse ictionem  
presupponit materiam ex qua ipsum fit vel i qua ipsum fit. sic creabile dicitur  
quod ad sui esse ictionem non presupponit materiam ex qua ipsum fiat. nec  
in qua ipsum fiat. ita corruptibile dicitur quod post sui desitionem de-  
relinquit materiam que manet. Annihilabile autem quod post sui desitionem  
nihil dereliquit quod fuerit eius. Tercia distinctio est.  
quod aliquid potest dici perpetuum cuiuslibet pars est perpetua. alio modo  
cuius principalior pars est perpetua. et cum hoc ipsum obtinet similitudinem  
figuram et dispositionem. et propter hoc huius principalior pars sit  
perpetua. puta anima intellectiva. tamen quia ipse homo non perpetuus ob-  
tinet similitudinem dispositionem et figuram non dicitur perpetuus  
ad secundum sit prima conclusio. sicut si deus  
stram deus. posset celus quod est prin-  
cipalior pars mundi annihilare. sed non posset corrumpere.  
prima pars fide credimus. secunda pars probat ex quod nominis  
corruptibilis. quia corruptibile dicitur quod post sui desitionem de-  
relinquit materiam que fuit eius pars. scilicet celus non huius materiam sicut  
primo pbat. et h accipiendo celum pro orbe celesti excluso motore  
ita oportet ad huius pbat adhuc scilicet fide nra qd deus non posset  
gnare intellectualem. scilicet huius creare accipiendo gnare deo modo. Tercia  
sunt principia que creditur Ari. sit prima conclusio. celus nec est ge-  
nerabile nec est corruptibile. et ratio est. quia non huius materiam. Tercio  
quia non huius aliquid huius nec sicut sicut huius sub huius nec sicut sicut huius natura  
les disponens. Tercio nam coiter omnes attribuit deo et intelli-  
gentijs istum locum. scilicet celum. quia deos ponit esse perpetuos. scilicet perpetuis

non debent attribui loca corruptibilia. **Quarto** quia per omnem memoriam. sine per scripturam. sine per alia qua possimus habere ab antiquissimis non apparet quod celum usque nunc sit corruptum vel peioratum. et tamen verisimile est quod corruptibile in tanto tempore esset peioratum: vel in toto vel in parte. **Secunda conclusio** celum non est alterabile alteratione corruptiva. probatur. quia talis fit cum corruptione qualitatibus contrarie. et cum resistantia. talis autem non est in celo. secundo nam tales alterationes ordinantur ad generationes vel corruptiones. ideo non inveniuntur in celo. cum celum non sit generabile nec corruptibile. per precedentem conclusionem. **Tertia conclusio** celum bene est alterabile alteratione secundo modo dicta que fit sine abiectione extrinseci et sine resistantia. patet. quia bene aliqua pars celi illuminatur que ante non illuminabatur. patet de luna. **Similiter** patet de speris inferioribus que recipiunt influentias solis et astrorum superiorum. aliter enim non possent ille influentie multiplicari ad ista inferiora. **Quarta conclusio** celum non est augmentabile per rarefactionem nec diminubile per condensationem. patet hoc. quia talem augmentationem oportet fieri cum alteratione precedente que quidem alteratio fieret per qualitates primas contrarias. puta per caliditatem et frigiditatem sed talis alteratio non inveniuntur in celo. per secundam conclusionem. **Quinta conclusio** nec celum est augmentabile per appositionem aliarum partium que essent de natura celestium. nec etiam diminubile per amotionem talium. quia non apparet ubi iste essent: nec unde venirent nec quomodo venirent ad ipsas celum. quia si essent distantes a celo non possent pervenire ad celum nec a celo recedere nisi per motus aliquos rectos modo dictum est prius quod celum et partes que sunt de natura celestium non sic nate sunt moveri. **Sexta conclusio** etiam celum non est augmentabile per nutritionem. quia nutritio requirit quandam generationem substantialem. scilicet conversionem nutrimenti in substantiam nutriti. sed celo non convenit generatio substantialis. nec alteratio. requisita ad talem generationem sicut patet ex precedentibus conclusionibus. scilicet prima et secunda. ergo etc. **Proportionaliter** probatur quod celum non est diminubile diminutione opposita talem augmentationi. nam tunc in celo esset aliqua corruptio substantialis. **Ex his conclusionibus** inferitur quod celum est perpetuum. **Septima conclusio** mundus non est perpetuus primo modo. patet. quia multe eius partes sunt corruptibiles. **Octava conclusio** mundus est perpetuus secundo modo probatur. quia principalior eius pars est perpetua. scilicet celum sicut patet per precedentem conclusionem. **Ex hoc** sequitur opinionem illorum esse falsam. qui dixerunt mundum incepisse. sed nunquam corruptum. unde si mundus nec est generabilis nec corruptibilis sicut sequitur ex iam dictis. sequitur illam opinionem esse falsam. **Et potest argui** pro ista opinionem. sic quia in philosophia debemus solum ponere ea que in omnibus vel in pluribus apparent esse vera. sed quecumque apparent nobis esse facta illa videmus esse corruptibilia. ideo non est ponendum in philosophia quod aliquid sit genitum et non est corruptibile. **Ad idem** nam Aristoteles. credidit omne quod fit fieri ex materia presupposita. ideo si mundus fuit factus oportuit persistere principium materiale ex quo fiebat: et illud erat tunc sine forma mundi: et post sub forma mundi. **Et si illud principium sine forma naturam est possibile esse sine forma mundi: et esse sub forma mundi: cum mundus sit factus: adhuc manet principium materiale quod est nature potentialis ad non esse mundi. sed omne constitutum ex tali principio vel corruptum et aliquando non erit. vel saltem potest non esse sicut aliquando non fuit. modo possibile non esse non est incorruptibile. ergo concludatur quod mundus: si fuerit factus est corruptibilis quod est contra istam opinionem. **Inferitur** secundo ex dictis opinionem illorum esse falsam qui dixerunt mundum infinites generari et corruptum: tali modo quod aliquando per amicitiam omnia corpora congregabant sine appositione vel apparentia alicuius distinctionis entium. et hoc sic opinantes volebant mundum corruptum. postea redeunte lite disgregabant et apparebat**

distinctio entium. et hoc vocabatur mundum generari. falsitas huiusmodi patet ex dictis postquam mundus est perpetuus. **Quid** dicitur ea. sic dicere est procedere quod sine veritate et substantiam mundum semper manet. sed sub alia et alia dispositione. quod sic maneret substantie elementorum et aliorum corporum simul sed in usus. **Ex dictis** etiam apparet falsitas tertie opinionis antiquorum dicentium mundum semel fuisse factum. et quod semel corruptum. et quod nunquam post poterat reverti. **Contra** quam potest argui. quia si mundus fuisset factus non fuisset factus ex nihilo. sed ex aliquo. et si sic tunc ante mundi factionem illud presuisset infinito tempore sine forma mundi. et post corruptionem mundi maneret per infinitum tempus etiam sine forma mundi. sed hoc non videtur esse verum. quia nulla videtur esse ratio. si ex tali aliquo poterat fieri mundus. quoniam post corruptionem mundi adhuc ex illo posset fieri mundus. Sic ergo per falsitas trium opinionum antiquorum ex rationibus positus quasi Aristoteles. etiam ponit in ista et in probationes opinionum antiquorum. sicut quod nunc improbate sunt: et prima fuit opinio Platonis et Stoicorum sequenti. scilicet secunda erat opinio Empedocles. tertia erat anaxagore.

**Ad rationes**

mundum non esse perpetuum. primo modo accipiendo perpetuum: cum quo bene stat mundus esse perpetuum. secundo modo. **Ad secundam** negat antecedens. et quod dicebat celum est corruptibile: nego. vltimum quod dicebat ipsum est alterabile concedo alterationem non corruptivam: nec opponit si est sic alterabile quod sit corruptibile. et quod probavit Aristoteles. de generatione. si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis. intelligitur de alteratione corruptiva que fit cum abiectione extrinseci et resistantia disponente ad generationem vel ad corruptionem. et non de alteratione in propria dicta. **Ad tertiam** de potest velle non preservare celum. concedat. et ideo bene concedit quod supernaturaliter celum est annihilabile. sed Aristoteles. hoc negavit pro hoc quod deus est immutabilis voluntatis. nec illud est contra libertatem sue voluntatis. quia Aristoteles reputat libere simpliciter. non quia potest opposita sed quia est sui ipsius gratia tanquam finis aliorum. **Ad quartam** negatur antecedens. et quod stelle apparent maiores in ortu et occasu quam in medio celi. huiusmodi est. quia tunc videntur per fumos grossos elevatos a terra: qui sunt causa rarefactionis vel refractionis radioz. que quidem rarefactio vel refractione vltimum est causa eius quod visibile appetit maius. quod patet de denario in fundo aque. qui apparet maior quam quod est extra aquam. cum astra sol et luna vel alie stelle sunt in medio celi non videntur per fumos grossos. et adhuc posito quod sic non tamen viderentur per istam rarefactionem vel refractionem radioz sicut quod sunt in ortu vel occasu ex eo quod in medio celi sunt pinguioribus zenith nostro sicut apparet ex prospectiva: si visibile esset in zenith videretur per radius perpendicularare qui transiret per media diversarum rationum in diaphanitate et raritate sine fractione. ideo quanto visibile est pinguius zenith. tanto ceteris paribus iudicium visus quantum ad veram quantitatem et locum visibile est magis verax. **Et sic** cum gratia de locis quoniam super primam celi fines imponamus.

**Explicit** rationes supra libris primis de celo et mundo. **Quod** quidem igitur neque factum est omnem celum etc.

**Increstat que**

rere circa secundum celi: in quo Aristoteles postquam in primo dicitur minavit de totali mundo materiali vult determinare de principibus et nobilioribus eius parte. scilicet de celo. et pertractat principaliter in isto secundo celi. primo enim illa que concernunt celum sicut se totum. secundo illa que concernunt partes celi minores sicut sunt astra. tertio illa que concernunt terram prout in ista est

tanquam centrum celestis corporis. et sicut in hoc iste secundus soler dividitur in 3 tractatus.

**Nobis** autem quoniam determinatum est prius quod in habentibus principium motus tales virtutes existunt: est autem celum animatum et habet motum

nis principium. Manifestum quoniam habet  
furfum & deorsum. Dextrum & sinistrum &c. Tertium  
menti tredecimi. **Questio** i.

**Quaeritur** circa  
litas tres materias principales  
intendo formare questiones circa  
istum librum. & primo circa illa que cōcer  
nant celum sicut totum vel partes eius  
maiores quae sint astra sicut sunt orbis. Et  
quantum ad hoc, primo illa que pertinent  
ad differentias positionis in celo. Secundo

illa que pertinent ad figuram celi. Tertio illa que pertinent  
ad partes maiores totalis celi sicut sunt orbis. Quarto illa  
que pertinent ad motum celi. **Quantum** ad primum vo  
lo querere quatuor, primo utrum in celo sint fursus & deor  
sum, ante & retro, dextrum & sinistrum. Secundo utrum fur  
sum & deorsum in celo capienda sint sicut polos, scilicet antarcti  
cum & arcticum. Tertio utrum polus arcticus, scilicet polus no  
rter sit deorsus, & polus antarcticus ei oppositus sit fursus.  
Quarto utrum huiusmodi differentie in celo, scilicet fursus & de  
orsus &c. sint distincte ex natura rei vel solum sicut latitudine ad nos.

**Quantum** ad primum, scilicet utrum in celo sint fur  
sum & deorsus, ante & retro, dextrum  
& sinistrum, arguitur primo quod non, nam ignis in sphaera sua  
dicitur simpliciter fursus, ideo in celo super ipsum non de  
bet esse deorsus, aliter deorsus esset super fursus quod est  
falsum. Secundo celum est sphericum & similitudine partium,  
sed in quibus inveniunt huiusmodi differentie sunt disti  
milliam partibus, sicut sunt homines & boves, & alia pecora  
campi &c. Tertio fursus & deorsus habent assignari  
sicut longitudinem, quia distantia alicuius rei inter fursus et  
deorsum, illius rei dicitur longitudo illius rei: & dextrum &  
sinistrum habent assignari sicut latitudinem rei, modo in celo  
non est longitudo alia a latitudine, ex quo celum ponitur esse  
sphericum. Quarto, a dextra parte debet incipi motus,  
sed in celo nulla est pars a qua incipiat motus ipsius celi: postquam  
celum perpetuo movebatur. Quinto, fursus est prin  
cipium motus sicut augmentum ante est principium motus  
sicut sensum, ad ante enim, sunt sensationes, & maxime visio  
nes que sunt per lineas rectas non reflexas, sed augmen  
tatio & sensatio non inveniuntur in celo sicut dicebatur in  
ultima questione huius primi, ergo in celo non inveniuntur  
fursus & ante, & per consequens nec differentie positionis  
his oppositae. Sexto sicut diversos motus dicte differen  
tie assignantur corporibus, sed in celo non sunt diversi mo  
tus cum celum sit corpus simplex, corporis autem simpli  
cis est solum unus motus ex primo huius, ergo &c.

**Oppositam** vult Aristo, & ad hoc ipse arguit  
sic in littera, in corporibus imper  
fectis sicut in inanimatis non inveniuntur dicte differentie po  
sitionis propter eorum imperfectionem, unde in lapide non  
dicimus unam partem esse dextram & aliam sinistram et  
aliam ante & aliam retro, nisi in ordine ad nos. In plantis  
autem que sunt perfectiores ipsis inanimatis lat inveniunt  
fursus & deorsum, sed non alie. Sed in animalibus perfe  
ctis inveniunt omnes dicte differentie, cum ergo celum sit  
corpus maxime perfectum sicut probatum est primo huius,  
videtur quod in eo debent reperiri omnes dicte differentie.

Secundo arguit Aristo, ad idem, quia aliter non potest  
assignari ratio quare celum magis moueretur ad unam par  
tem quam ad aliam nisi ibi assignaretur dextrum & ante, & cur de  
hoc debeat assignari ratio cur hoc non sit a casu, sequitur &c.  
In ista questione primo aliqua sunt supponenda, deinde  
ponende sunt aliqua conclusiones.

**Quantum** ad primum supponendum est primo  
quod iste due differentie fursus & de  
orsum aliquibus corporibus attribuunt simpliciter sicut di  
versas partes diversarum potentialium existentes in illis  
corporibus sicut hominibus & animalibus perfectis, fursus  
enim est principium augmentationalis & nutritionis, & sic est  
caput fursus & os per quod capit nutrimentum, & sicut hoc  
radices per quas plante sumunt suum alimentum debent

dici fursus, hoc vult Aristo, secundo de anima, cum hoc  
tamen bene fiat quod in respectu ad loca elementorum radi  
ces sunt deorsum, & ita non est inconveniens quod secundum alias  
& aliam acceptionem eius quod est fursus & eius quod est  
deorsum, idem dicatur fursus et deorsum. Aliquibus au  
tem corporibus dicte due differentie, non attribuuntur sim  
pliciter, sed solum respectue, sicut in corporibus inanima  
tis, unde in talibus fursus & deorsum dicuntur solum re  
spectue ad loca elementorum, unde in lapide illa pars di  
citur fursus que versa est versus locum levium: & illa de  
orsum que versa est versus locum gravium: & sicut lapis  
vertitur, tunc pars que ante dicebatur fursus postea dicitur  
deorsum, & e converso, ex quo patet quod dicte due differen  
tie solum reperuntur ibi respectue: sed sic non est de ho  
mine, qualitercumque enim homo vertatur semper capit &  
os dicitur fursus in homine, et pedes deorsum in eodem  
& sic patet quod iste due differentie fursus et deorsum in ali  
quibus corporibus reperuntur simpliciter, in aliquibus autem  
non nisi respectue, & hoc vult suppositio. **Secunda** sup  
positio, quod similiter dextrum et sinistrum in aliquibus repe  
riuntur simpliciter. In aliquibus autem respectue solum  
patet hoc, nam in homine illa pars dicitur dextra a qua in  
cipit motus, & pars ei opposita dicitur sinistra, in lapidibus  
autem & in plantis que non sunt mobilia nisi tali motu quo  
mouentur gravia et levia, dicte differentie positionis scilicet  
dextrum & sinistrum non reperuntur simpliciter: sicut in ho  
mine: sed respectue ad nos, unde per motum lapidis ear  
dem pars efficitur sinistra que prius erat dextra: sed sic non  
est de homine, unde qualitercumque homo moueatur illa  
pars que fuit dextra manet dextra, et que fuit sinistra ma  
net sinistra. **Tertia** suppositio, quod similiter iste due diffe  
rentie, ante & retro in aliquibus corporibus reperuntur  
simpliciter, in aliquibus autem respectue solum, patet,  
quia in animali illa pars dicitur ante in qua magis vigent  
virtutes sensitivae, et pars ei opposita dicitur retro, sed in  
corpore minus perfecto dicte differentie dicuntur respec  
tue, quod patet, quia per talium corporum motum, po  
test fieri quod eadem pars que prius dicebatur ante postea  
dicitur retro, sed qualitercumque moueatur animal, semper  
illa pars dicitur ante in qua magis vigent virtutes sensiti  
vae, nec eadem pars sit retro que prius fuit ante per motum  
localem, et hoc in ipsis animalibus. **Quarta** suppositio  
quod corpora in quibus dicte differentie positionis reperuntur  
simpliciter habent partes diversarum virtutum & po  
tentialium quarum una dicitur ante & alia retro, una fur  
sum et alia deorsum, una dextra et alia sinistra. **Sed** cor  
pora in quibus dicte differentie reperuntur respectue solum  
non oportet habere partes diversarum virtutum et  
potentialium distinctas secundum distinctionem dictarum dif  
ferentiarum positionis, et ideo quia in plantis fursus et  
deorsum reperuntur simpliciter, ideo plantae habent illas  
partes diversarum operationum et virtutum, sed quia in  
eisdem ante et retro dextrum et sinistrum non reperuntur  
nisi respectue, ideo non habent illas partes diversarum ope  
rationum. **Ex** istis suppositionibus potest trahi quinta,  
scilicet quod fursus et deorsum deseruiant ad motum aug  
mentationalis et nutritionis, dextrum autem et sinistrum quan  
tum ad motum localem, sed ante et retro solum quantum  
ad sensationem, et hoc in corporibus in quibus dicte diffe  
rentie positionis reperuntur simpliciter, et non respectue  
solum. Iste quinq; suppositiones valebunt nobis ad istam  
materiam de differentiis positionis in celo.

**Quantum** ad secundum sit prima conclusio,  
iste due differentie positionis, scilicet  
fursus et deorsum sunt naturaliter omnibus alijs prio  
res, patet, quia communiores, vbi quicquid enim reperit  
tur alie, ibi reperuntur iste, sed non e converso, patet hoc  
de plantis, quia in plantis reperuntur naturaliter fur  
sum et deorsum, sed alie differentie non nisi respectue.  
Secundo probatur hoc idem ex ordine dimensionum,  
quia inter dimensiones longitudo est prior, quia simpli  
cior, sed fursus & deorsum capiuntur sicut longitudinem.

.s. de capite ad pedes. dextruz autē & sinistrū sūm latitudinē sed ante & retro sūm p̄funditatem: & ideo etiam sursum et deorsum sunt differentie simpliciores & priores alijs differentijs. **T**ertio pbatur hoc idem ex parte motuz quibus dicte differentie deseruiunt. vnde sicut dicebat quinta suppositio sursum & deorsum deseruiunt motui nutritio/ nis & motui augmentationis. & dextram & sinistram motui locali: ante & retro motui sensationis. sed modo nutritio et augmentatio in animalibus precedit alios motus. p̄t̄ eniz oportet q̄ animalia nutriantur & augmententur anteq̄ mo/ ueant se progressive: & anteq̄ perfecte sentiant: & adhuc si comparemus omnes dictas differentias ad motum ang/ mentationis. adhuc corpora prius augentur sūm longitudi/ nem sūm quā accipitur sursum. deinde sūm latitudinem sūm quam accipitur dextram et sinistram. deinde sūm profun/ ditatem sūm quā accipitur ante et retro. **Q**uarto. natu/ ra magis sūm sollicita circa partes quarum vnā dicimus sursum & aliam deorsum ipsas distinguendo abinuiem. q̄ circa alias partes. & hoc videt̄ arguere prioritates & p̄n/ cipalitatē illarū partium super alias. **A**ssumptū p̄z. q̄ in homine & similiter in alijs animalibus & plantis natura di/ stinxit sursum et deorsum sūm figuras: q̄d nō fecit de dextro & sinistro q̄d patet de capite & pedibus & brachijs. quozuz vnuz est dextrum aliud sinistrum: & similiter de lateribus. **S**ecūda conclusio. si in celo sunt aliquę dictarū differentiarū positionis. tunc in ipso sunt iste sursum & deorsum. pbat̄. q̄ iste due differentie sūt ceteris differentijs cōmuniōes. per/ precedentē conclusionē. ergo vbicūq̄ reperitur aliq̄e differ/ entie positionis vltz ibi reperitur iste due cum alle sint eis posteriores. **T**ertia conclusio. q̄ in celo sunt iste due differentie dextrum & sinistrū. pbat̄: q̄ vbi determinate inuenitur principiū. motus ab vna parte ad alias ibi debet poni dextrū & sinistrū: cuz de ratiōe dextri sit q̄ ab eo in/ cipit motus naturaliter. sed celum determinare mouet̄ ab vna parte versus aliam. s. ab oriente versus occidentē per meridiū. & non eōuerso. ergo in eo debet assignari dextrū s. in oriente & sinistrū in opposito. s. i occidentē. **Q**uarta conclusio in celo sunt omnes dicte differentie. pbatur. in celo reperitur dextrum & sinistrū per precedentē conclusionē. que sunt alijs differentijs posteriores. si autem in celo re/ periant posteriores differentie rationale est q̄ in ipso etiā reperiant priores. s. ante retro sursum & deorsum. **S**ecūdo potest psuaderi ex hoc q̄ dicte differentie quodāmodo inueniuntur in magnete. qui quidem magnes multum ha/ bet de influentiā celesti intantum q̄ dicit̄ in quodā tractatu de magnete. q̄ qui faceret vnā sperā de magnete & eam disponderet sūm suos polos ad polos mūdi moueret̄ motu diurno sic celū. & ex h̄ bñ posset fieri certissimū horologiu. **A**d rationes ad primā dico q̄ illa bene pro/ bat q̄ sūm respectum ad loca elementoz. in celo non est sursum neq̄ deorsum cuz quo bene stat q̄ sūm pprietates motus localis celi bene sunt ibi dicte differentie: sūm q̄ postea magis declarabitur. **A**d secundam. illa bene probat q̄ celum non habet distinctas partes sūm figuras: cum quo bene stat q̄ habet distinctas partes sūm potentias & pprietates pertinētes ad motū localem celi. vnde poli habent aliam pprietatem in motu celi: cum sint immobiles q̄ partes in equinoctiali circulo: que vltimissime mouentur. **A**d tertiā dico q̄ vbi esset diuersa figura longitudinis ad latitudinem. ibi sūm illas figuras differt̄ sinistrum vel sursum a dextro. & sic de alijs differentijs sed in corpore sperico sufficit q̄d differant sūm pprietates pertinētes ad motum localem illius sperici. & ideo nego. q̄ semper sursum & deorsum debeant capi sūm longitudinē. & dextram & sinistram sūm latitudinem. **A**d quartā. dico q̄ licet in oriente non incipiat motus celi. tamen ibi in/ ceperet vel inceperet. si aliquando inceperet. & nō perpetuo durauisset. & hoc sufficit. **A**d quintā. dico q̄ vbi est aug/ mentatio & sensatio ibi dicte differentie bene deseruiūt ad augmentationem & sensationem. sed vbi reperitur solum motus localis dicte differentie possunt deseruire solum ad vnū: ita q̄ illa pars dicatur dextra a qua inceperet vel ince/

perisset motus: & illa ante per quam: & illa sinistra ad quam. et pars opposita ante dicatur retro. & tunc puncta terminā ita lineam circa quam sit ille motus dicantur vnus sursum. & alter deorsum. Per hoc idem respondeatur ad sextam. & sic est finis questionis.

**D**ico autem longitudinem quidem ipsius se/ cunduz polos distantie. Et polaruz hunc quidē sursum hunc autem deorsum &c. **T**extu cōmenti decimi quarti. **Q**uestio ii.

**S**ecundum <sup>propositoꝝ erat.</sup> vtrū in celo debeat sūm sursum & deorsum sūm polos: ita q̄ vnus polarum sit sursum & alter deorsus. **A**rguitur primo q̄ non. quia sursum & deorsum debent sūm in corpore sūm terminos longitudinis. sed nunc est ita q̄ non est

magis longitudo capiēda inter duos polos q̄ inter orientem & occidentem: ex eo q̄ vtrobiq̄ linee essent sibi inuicē equales. ergo non magis debent assignari sursum & deorsum sūm polos q̄ sūm orientem et occidentes. **S**ecūdo distantia de polo ad polū est latitudo. ergo quantum ad polos non debet accipi sursum & deorsum. sed magis dextrum et sinistram: postq̄ dextram & sinistram sūm termini latitudinis. antecedens probatur. q̄ astrologi & Ar̄. in secundo meteorozum. vocant longitudines climatum sed in processum de oriente in occidentem. sed vocant latitudines climatum secūduz processum de polo ad polū. **T**ertio sedm cōmentatoꝝ sursum est ibi vbi est magis principium motus. sed hoc non est in aliquo polarum: sed magis circa equinoctialem circulum. quod patet. nam Ar̄. octauo phisicorum querit vbi in sphaera magis debeat poni motoꝝ. Ipse respondet q̄ in circūferentia. quia illa magis & velocius mouetur. ergo similiter in partibus circuli equinoctialis que maxime velociter mouentur debeat magis poni sursum q̄ in polis qui minime mouentur. **Q**uarto in nobis sursum est nobilior pars. quod patet de capite. ideo proportionaliter sursum in celo debet poni pars nobilior. sed illa non est polus. imo pars nobilior celi est per quam mouentur planete: et in qua ponuntur imagines signozum sicut est zodiacus. quem Ar̄. secundo de generatione vocat obliquum circulum. cum sūm illa sūm gna & planetas maxime fiant astrologie iudicia.

**O**ppositum <sup>questione primo p̄mittende sūt</sup> suppositiones deinde ponende sunt cōclusiones.

**P**rima <sup>suppositio sit ista: q̄ in celo debent imaginari tres dimēiones. vna de vno polo ad alium. secūda ab oriente ad occidentem. tertia a puncto meridiei ad punctum sibi oppositum.</sup> **S**ecūda suppositio. q̄ istorum sex punctozum tales tres dimēiones terminantium vnus vocatur punctus orientis: alter punctus occidentis. et alius punctus in medijs celi. & alius punctus seu angulus terre. et aliorum duozum punctozum vnus vocatur arcticus. et alter antarcticus seu terminus motus vel axis circa quem celum reuoluitur. **T**ertia suppositio q̄ partes celi circa dicta puncta existentes aliam et aliam habent virtutem et potentiam. vnde sol et ceteri planete alias & aliam habent potentiam in oriente. & aliam in occidente. & aliam in medio celi. et aliam in angulo terre. sic similiter aliam habent virtutem stelle existentes circa vnum polus. & aliam existentes circa alium. quod patet primo de sole qui aliam habet virtutem in oriente q̄ in medio celi. ex eo s̄gitur q̄ racemi sūi versus orientem sunt dulciores q̄ racemi sūi versus meridiem. patet hoc etiam de luna: que habet suam fortitudinem maiorem super motum & tunc est tiam aquarū ipsa existente in puncto medijs celi. vel in puncto quem vocamus angulum terre.

**Q**uantum <sup>ad sedm sit p̄ma p̄cto: sursum deorsum</sup> debet sūm sūm dicta sex p̄cta imaginata i celo t̄q̄ termini dictaz triū dimēionū imaginataruz ibidem. **P**robatur



differentie positionis fumentur in corpore secundas diuer-  
 sas potentias. & virtutes & proprietates diuersarum parti-  
 um in illo corpore. quod patet de differentijs positionis in  
 homine: quarum vna accipit secundū caput. alia secundas  
 pedes: & sic de alijs: que sunt partes diuersarū potentiarū &  
 virtutū in hoīe. & ita similiter est in alijs animalibus. sed dicta  
 sex puncta imaginata in celo diuersas habent potentias &  
 virtutes scđm qđ dixit suppositio imediate pcedens. ergo  
 &c. **Secunda conclusio.** oriens debet poni dextrū in celo.  
 probat. qđ a dextro debet incipere motus sicut dictū est in li-  
 bro de motibus animalium. modo ab oriente incipiunt astra  
 & partes celi moueri super nostrum hemispheriū. ergo &c.  
**Tertia conclusio.** occidentis seu punctus sine angulus occi-  
 dentis. quod totū idē est in celo debet dici sinistrus. proba-  
 tur. qđ punctus occidentis opponitur puncto orientis: & qđ  
 semper dextrū opponit sinistro. & cū dextrū in celo dicat ori-  
 ens per precedentem conclusionē. sequitur qđ sinistrū in celo  
 dicatur occidentis. **Quarta conclusio.** punctus sine angu-  
 lus meridiei debet poni ante in celo. probatur. qđ motus in  
 celiens a dextro tendit per ante. ideo qđ astra mouentur ab  
 oriente ad occidentē per meridiē sequitur qđ punctus me-  
 ridiei debet dici ante. **Quinta conclusio.** punctus opposi-  
 tus puncto meridiei. sicut est angulus noctis debet dici re-  
 tro in celo. patet ex eo qđ opponit ante. modo ante & retro  
 debent aduicem opponi. **Sexta conclusio.** responsa-  
 lia ad questionem qđ polosum vnus est sursum. & alter de-  
 orsum. probatur. nā secundū dicta sex puncta. de quorum  
 numero sunt duo poli debent accipi differentie positionis  
 in celo per primā conclusionē. & qđ iste quatuor. differentie po-  
 sitionis dextrū & sinistrū. ante & retro accipiuntur secundū  
 quatuor puncta de illis sex punctis pcedentes conclusio-  
 nes. sequit qđ sursum & deorsum debent sumi secundum  
 alia duo puncta. & hec sunt poli. igitur & cetera. **Secun-  
 do** arguit ad idē rationibus Aristotilis. in nobis scđm par-  
 tes magis distinctas capit sursum & deorsum sicut patet de  
 se. ergo etiā in celo dicte due differentie debent capi scđm  
 partes in celo magis distinctas. sed he vident esse duo po-  
 li. quod probat ex hoc qđ scđm distinctione illarum adinuicem  
 accipiuntur distinctio hemispheriorū. ex eo qđ ipsi sunt ille  
 partes celi que non mutant sitū ad nos. **Tertio** iter sur-  
 sum & deorsum sunt partes que vocantur partes laterales.  
 modo partes celi que sunt inter duos polos vocamus par-  
 tes laterales. ex quo tanqđ a signo concluditur polos vnum  
 esse sursum & alterum deorsum. **Quarto** Aristo. in libro  
 de animalibus dicit. qđ si nos imaginemur qđ animal puta  
 homo. super pedem sinistrum fixum. moueretur circulari-  
 ter incipiendo motū a pede dextro. donec per pedē dextrū  
 cōpleret vnā circulationē. tunc axis in illo motu imaginare-  
 tur a sursum ad deorsum. & ideo etiā in celo debent esse  
 sursum & deorsum ille partes secundum quas axis imagi-  
 natur. & ille sunt poli mundi.

**Ad rationes** ad primā bene pcedo qđ ex nul-  
 la distantia in celo debet poni  
 longitudo celli propter lineā esse longiorē. sed secundū pro-  
 portionē ad animal distantia de polo ad poliū potest dici lon-  
 gitudo. qđ proportionatur distātie que est in aiali de sursum  
 ad deorsum que est longitudo aialis. & est illa proportio que  
 iam assignabatur. quod in motu circulari hoīs imaginatur  
 axis de sursum ad deorsum. & ideo qđ in celo vnus polosū  
 dicitur sursum & alter deorsum. ideo distantia inter eos pōt  
 vocari longitudo. **Ad scđas** dico qđ quedā est longitudo  
 motus celi quedā est longitudo qđtitatis celi. sic simili mo-  
 do dico de latitudine. Tunc ad ppositū dico. qđ scđm pro-  
 cessū de polo ad poliū bene attenditur longitudo qđtitatis  
 celi. cū quo stat quod penes eundē processum attenditur la-  
 titudo motus celi. sed scđs processū ab oriente in occiden-  
 tē attenditur latitudo qđtitatis celi. cū quo stat qđ penes eū  
 qđ pcessum attendit longitudo motus celi. Ex quo patet  
 quod possant concordari modi loquendi. s. Aristo. & astro-  
 nomorum. **Ad tertā** dico qđ licet scđm apparentias in aiali  
 sursum magis sit principis motus sensationis. quod patet  
 de aiali. qđ in capite quod dicitur sursum apparent maxime

organa sensuum exteriorum requisitorum ad motum. ta-  
 men secundum veritatem principale principium motus &  
 sensus in animali non est sursum neqđ deorsum. sed in inter-  
 medio sicut in corde. sicut dicit Aristo. i libro de morte & vi-  
 ta. tamen illud nihil facit ad propositam de celo. ex hoc qđ  
 celum non mouetur per sensum. **Ad vltimas** potest ne-  
 gari antecedens. imo cor quod est principis motus in ho-  
 mine videtur esse pars nobilior. & ideo etiā in celo dextrū  
 vel ante videtur esse pars nobilior. dextrum quides. qđ ab  
 ipso incipit motus. **Aliud** posset dici negando consequentē  
 am. dicendo qđ non est simile qđtū ad hoc de homine & de  
 celo. qđ differentie positionis in homine capiuntur secun-  
 das qđ deseruiunt motui nutritionis augmentationis. & sen-  
 sationis. secundum quos non accipiuntur dicte differentie  
 in celo. ex eo qđ tales motus non reperiuntur in eo. Sequi-  
 tur alia questio.

**Polosū autē qui quides super nos apparet**  
 qđ deorsum pars est. qui aut nobis immanifestus  
 que sursum &c. **Tertū** pmenti decimiquarti.

**Questio. III.**

**Tertium** Propositor erat. vtrū  
 videlicet polus arcticus.  
 s. polus nobis apparet sit deorsum. & al-  
 ter. s. antarcticus sursum. **Et** arguit. pū-  
 mo qđ neuter eorū debeat magis dici sur-  
 sum vel deorsum qđ alter. nā si sic hoc vi-

deretur eē propter quasdā virtutes. & proprietates celli re-  
 pertas in vno & non in alio. & e conuerso. sed hoc est falsū  
 psequentia videtur tenere. per hoc qđ sic accipiūtur sursum  
 & deorsum in nobis. falsitas consequentis tenet. ex hoc qđ  
 nulla videtur esse differentia qđtum ad polos. nisi qđ vnus  
 terminat arē ex vna parte. & alter ab alia. circa quez voluit  
 celi. igitur &c. **Secundo** polus noster. s. arcticus est no-  
 bilior qđ alter polus. ergo polus noster debet dici sursum.  
 & alter deorsum. consequentia videtur tenere ex hoc qđ sem-  
 per sursum est mobilius qđ deorsum. antecedens probatur.  
 pūmo qđ terra habitabilis est magis sita versus polū ar-  
 cticum qđ versus polū antarcticū. quod non videtur esse  
 nisi propter maiorem nobilitatem & virtutē ipsius. **Se-  
 cundo** confirmatur hoc. qđ si non esset differentia ex parte  
 celi vel terre. sed solum ad nos. cuius oppositum nondū  
 est probatum per precedentia. nos deberemus dicere po-  
 lū arcticum esse sursum. quia est elevantus super nostrum  
 hemispherium. & alterum deorsum. quia est depressus sub  
 nostro hemispherio.

**Oppositum** vult Arist. i littera. & ad hoc de  
 terminandū d hōie vocato atblas. vñ ima-  
 ginatur de eo qđ sit ita magnus homo qđ ē mirabile. habēs  
 caput in polo antarctico. & pedes i polo nostro scilicet arcti-  
 co. habens faciem suam versam versus partem celi nobis  
 meridionalem. & culum versus partē oppositam parti me-  
 ridionali. habens dextram manum in oriente. & sinistram  
 in occidente. ac si continue cum manu dextra volueret ce-  
 lum circa se per ante versus sinistrū. modo sicut in illo ho-  
 mine caput dicitur sursum. & pedes deorsum. ita in celo al-  
 ter polus. s. pol<sup>o</sup> antarcticus dicitur sursum. & polus noster  
 dicitur deorsum. & ita proportionaliter dicatur de alijs dif-  
 ferentijs positionis in celo.

**De ista** questione sit prima conclusio. non apparet  
 ex parte motus celi quare magis vn<sup>o</sup> po-  
 losum debeat dici sursum & alter deorsum. probatur pmo.  
 quia non apparet quomodo illi poli differenter faciant vel  
 deseruiant ad motū celi. nam sicut vnus est terminus axis  
 circa quem fit motus. ita alter. **Secundo.** nam non magis  
 motus celi est ad vnum eorum qđ ad alium. **Tertio** nec in  
 telligentia mouens. simplex & indistinctibilis existens est ma-  
 gis in vno polo qđ in alio. **Secunda conclusio.** propter  
 motum sensus vel nutritionis non debet dici vnus polus  
 magis sursum qđ alter. patet ex eo qđ tales motus non in-  
 ueniuntur in celo. vnde celum nec nutritur nec sentit. verū

est tamen quot si consideremus ad motum nutritionis, bene differunt sursum & deorsum in animalibus & plantis, quia illa pars in illis dicitur sursum per quam sumitur alimentum, & pars illi opposita dicitur deorsum per quas eijctur alimentus, sicut dicit Aristot. in de morte & vita: sed celum sicut clarum est non indiget talibus partibus. Si etiam consideramus quantum ad motum sensationis, bene sursum & deorsum distinguuntur in animalibus in ordine ad illud motum: sed non in celo, unde in animali dicimus illam partem esse sursum ubi est maior congregatio organorum requiritur ad sensationem, sed illam dicimus deorsum ubi minor, tales autem partes non sunt in celo, nec celum talibus indiget, ex eo quod sicut dictum est prius ipsius non sentit. **Tertia conclusio** est ista, propter nobilitatem partium celi unus polus debet dici sursum & alter deorsum, & hoc si dicte sex differentie positionis distinguantur in celo naturaliter, probatur, nam in quocumque corpore dicte sex differentie distinguuntur naturaliter, & non solum respectu, sursum dicitur nobilior pars, & deorsum minus nobilis pars, sicut patet in homine. **Quarta conclusio**, polus nobis occultus, sicut est polus antarcticus debet dici sursum, & polus arcticus deorsum, probatur, nam inter partes quarum una dicitur sursum & alia deorsum, hoc naturaliter & non respectu, solus nobilior pars debet dici sursum per precedentem conclusionem: sed circa polos nobis occultus est nobilior pars celi: quod circa polum nobis manifestum dicitur enim ab aliquibus astrologis quod ibi sunt nobiliores stelle, quod hic circa polum nobis apparentem, & maiores in magnitudine & influentia, & illud intelligendum est de polis primi mobilis.

**Ad rationes** Ad primam nego quod non sit alia differentia inter polos quam quod unus terminat aerem mundi ab una parte & alter ab alia, imo est alia secundum quam la dicebatur. **Ad secundam** terra habitabilis magis declinat ad polum arcticum: admitto: & quando dicebatur, sed terra habitabilis dicitur esse versa versus nobilior partem celi, breuiter dico quod in celo totali duo sunt consideranda, scilicet orbis planetarum, & primum mobile. **Ad tertiam** dico quod aliter est sursum & deorsum assignandum quantum ad orbem planetarum, & aliter quantum ad primum mobile, sed hoc diffusius declarabo in sequenti questione. **Ad ododico** dico quod non oportet terram habitabilem esse versam versus nobiliores partem primi mobilis sed sufficit ipsam esse versam versus nobiliores partem orbium planetarum. **Ad tertiam dico**, quod bene verum est secundum vulgares loquendo & ad nos considerando quod polus arcticus diceretur sursum, & antarcticus deorsum, nihilominus considerando dictas differentias quantum ad nobilitatem partium dicendum est econtrario, Et sic est finis.

**Est autem celum aiatum & habet motum principium. Manifestum quoniam habet sursum & deorsum & dextrum & sinistrum &c. Textu comenti tertidecimi.**

**Questio. iiii.**

**Partum** propositio: erat vtrum dicte differentie positio

nis reperiantur in celo ex natura rei, vel solum in habitudine ad nos, scilicet sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum, & arguitur primo quod non, quod celum est sphericum, ideo ex natura celi una pars non debet dici magis sursum quam alia, nec magis dextra quam alia. **Secundo** quod sursum & deorsum differunt specie, similiter dextrum & sinistrum, & sic de alijs, ergo si dicte differentie in celo reperirentur ex natura rei tales partes celi different ab invicem specie, quarum una esset sursum & alia deorsum, vel quarum una esset dextra & alia sinistra, quod est commentatorum in isto secundo. **Tertio**, nam si sic cum oriens dicatur dextrum, & occidens sinistrum, ubique in celo esset dextrum & similiter sinistrum, quod ubique est oriens respectu aliquorum, & similiter ubique est occidens respectu aliquorum, ubi enim nobis est oriens ibi alijs est occidens, quando enim sol nobis oritur aliquibus alijs sol occidit, & sic adhuc videret quod in or-

dine ad nos dicte differentie in celo reperiantur. **Quarto** quod celum continue mouetur, ergo si illa pars que est in oriente nunc est dextra, quod ipsa post erit in occidente ipsa erit sinistra, & ita potest argui de ante & retro. **Quinto**, primum oriens terre habitabilis, & ultimum occidens eiusdem non opponuntur diametraliter, imo sunt loca valde propinqua, ut dicit commentator in fine huius secundi, ergo non sunt extrema latitudinis celi: quod tamen deberet esse si una esset dextra & alia sinistra, ex eo quod in corpore puta in homine ubi ex natura illius corporis inueniuntur dextrum & sinistrum: ipsa sunt extrema latitudinis illius corporis.

**Oppositum** arguitur, quod nisi in celo dicte differentie distinguerentur ex natura rei, non esset ratio quare celum magis moueretur ad unam partem quam ad aliam, de hoc enim non debet dari ratio ex parte terre vel ex parte nostra, quod celum non ordinatur nec regitur per ista inferiora: sed magis e contrario, nec apparet quod aliunde de hoc possit reddi ratio, nisi per distinctionem dextrum & sinistrum, unde per hoc & non per aliud reddunt Aristoteles de hoc rationes. **Nec** valet dicere quod non sit de hoc querenda ratio, hoc enim non est a casu nec a fortuna quod celum sic mouetur cum perpetuo sic moueatur, sed ex natura rei, sed de talibus que per naturam sunt determinata debet inquiri & reddi ratio, nisi tunc illa sint principia per se nota sicut dicit Aristoteles, ergo videtur quod ille differentie debent poni in celo distincte ex natura celi. **Secundo** in inanimatis non sunt distincte huiusmodi differentie ex natura rei propter hoc quod ex se non mouentur plus ex una parte quam ex alia, unde quod lapis moueatur vertendo unam partem sursum & aliam deorsum, non inest sibi ex natura sua, sed accidentaliter, ergo per oppositum dicte differentie videtur esse in celo distincte ex natura celi: quod celum mouetur, & non ex omni parte similiter, imo ad unam partem & non ad alias. **Tertio** in minime mobilibus, scilicet in inanimatis non distinguuntur dicte differentie aliquo modo quantum ex parte naturam talium rerum. In plantis autem, que sunt nobiliores in rebus inanimatis: scilicet minus nobiles animalibus: alique de dictis differentijs, scilicet sursum & deorsum distinguuntur ex natura rei, sed non omnino. In animalibus autem perfectis, sicut in hominibus omnes dicte differentie distinguuntur ex natura rei, cum ergo celum inter cetera corpora sit corpus perfectissimum videtur quod ubi quod in ipso omnes dicte differentie ex natura sua debeant distinguuntur, & non solum in ordine ad res. **Quarto** Aristoteles dictas differentias concludit in celo, ex eo quod celum est animatum, sed quod celum est animatum non est respectu ad nos, sed ex natura celi. **Quinto**, in magnete sunt res vel naturaliter dicte differentie positio, & apparet in eadem dictarum differentiarum distinctio in ordine ad celum, ita quod una pars correspondet uni polo, & altera alteri, & tamen constat quod magnes non habet talem distinctionem nisi a celo, ergo principia sunt distincte dicte differentie in celo quam in magnete, & per consequens naturaliter. **In** ista questione primo volo recitare tres opiniones de questione. **Secundo** volo tertiam illam opinionem declarare, quod ipsam ceteris credo esse verior.

**Quantum** ad primum est una opinio in celo non distinguuntur nisi in ordine ad nos, & non ex natura celi, & illa habet pro se aliquas rationes de rationibus positae ante oppositum. **Prima** opinio improbatio & rationum suarum solutio patebit in declaratione tertie opinionis, & in solvendo rationes principales. **Secunda** opinio dicit quod dicte differentie distinguuntur in celo ex natura celi, non tamen ex natura celi moti, sed ex natura unius celi seu orbis celestis quiescentis, & imaginatur ista opinio quod ultra omnes celos sit unum celum quiescens, & quod in illo celo sint partes diuersarum naturarum & diuersarum influentiarum quarum partem una dicitur sursum & alia deorsum, sursum quidem dicitur illa sub qua est polus nobis occultus, deorsum autem illa sub qua est polus nobis, dextra autem dicitur esse illa pars sub qua sunt partes celi moti, quando orientur habitantibus directe sub equinoctiali, ubi dicitur

secundum aliquos astrologos esse sita vna ciuitas que vocatur arym. pars autem illi opposita diceret occidens. ps autem illa dicitur ante que directe est super orizontem habitantium in dicta ciuitate arym. pars autem illi opposita dicitur retro. Et sic vos videtis tales distinguere dictas differentias in celo. non ex natura celi moti: sed quiescentis. De hoc autem postea loco suo faciam vnam questionem scilicet vtrum sit ponendum aliquod celum quiescens. et ibi etiam ponam et solnam pro posse rationes sic opinantium. et dicam quod non est ponendum aliquod tale celum quiescens. ex cuius probatione patebit istam opinionem iam recitatam esse falsam. Tertia opinio distinguit dictas differentias in celo. ex diuersa influentia intelligentie mouentis in vnam partem et in aliam.

**Quantum** ad secundam pro declaratione huius terre opinionis: sciendum est quod differentia est inter verum oriens et non verum. unde oriens non verum differenciatur secundum diuersitatem orizontum: et ita occidens similiter. sed oriens verum dicitur oriens quantum ad orizontem habitantium sub equinoctiali in ciuitate arym. et occidens pars ei opposita. et in illo oriente Atlas imaginatur habere manum dextram. et in occidente manum sinistram. cum imaginatur habere caput versus partem antarcticum. et pedes versus partem arcticum. et faciem versus hemispherium quod est super orizontem dicte ciuitatis arym. Et sciendum est quod posito quod non esset ibi illa ciuitas. nec aliqua habitatio. nec talis homo Atlas imaginaret sic se habere sicut dictum est. adhuc non minus illa pars celi dicitur dicens verum et dextra pars celi. et pars ei opposita diceret occidens et sinistra pars celi. et pars ei opposita dicitur maiorem causat influentiam. Unde imaginandum est quantum ad hoc de intelligentia ad celum. sicut imaginatur de anima intellectiva ad corpus. unde licet anima intellectiva sit tota in toto. et tota in qualibet parte corporis. tamen maiorem causat influentiam in vna parte corporis quam in alia. sic proportionaliter imaginandum est de intelligentia ad celum. ita quod pars celi in qua intelligentia causat maiorem influentiam dicitur pars dextra. et ideo quod maiorem causat influentiam in partem illam a qua celum incipit moveri vel incepisset. sicut est pars orientalis talis pars dicitur dextra et ei opposita sinistra. Secundo sciendum est quod orbis planetarum mouentur contra motum primi mobilis. sicut dicunt astrologi. et verum est. et ideo in orbibus planetarum aliter oportet assignare dextrum et sinistram. similiter et alias differentias positionis quam in primo mobili. Unde in orbibus planetarum debet assignari dextrum versus occidentem et sinistram versus orientem. Et occidens orbium planetarum seu sinistra pars eorum debet assignari versus dextram partem et orientales primi mobilis. Et proportionaliter dicatur de aliis differentiis positionis in ipsis. recte ac si essent duos tales Atlantes seu homines. quorum vnus haberet caput versus vnum polum mundi. et alter versus partem bene partem. puta versus partem zodiaci haberet pedes. et versus partem quam partem vnus haberet manum dextram. versus illam alter haberet manum sinistram. ita quod sicut motor primi mobilis insinuat aliter in partem dextram sui orbis. et aliter in sinistram. ita etiam motor orbis planete insinuat aliter in partem dextram sui orbis. et aliter in sinistram. Ex his respondeatur ad questionem iuxta tertiam opinionem. quod in celo distinguatur ex natura rei dicte differentie positionis. et non solum iuxta habitudinem ad nos. et pro hoc adducantur rationes quibus arguebatur post oppositum.

**Et respondeatur** ad alias rationes probantes oppositum. Ad primam. celum est sphericum. ideo quantum est ex natura celi et negatur consequentia. nam posito quod homo fieret sphericus figure adhuc vna pars hominis diceret dextra et alia sinistra. alia sursum. alia deorsum. alia ante. alia retro. propter diuersas virtutes et potentias adhuc existentes in diuersis partibus hominis. licet non propter diuersas figuras. Ad secundam dico quod licet isti termini sursum et deorsum differant specie. cum hoc tamen bene stare potest quod res pro quibus

sopponunt sint eiusdem speciei substantialiter. unde licet alium et nigrum differant specie. tamen res pro quibus sopponunt sicut for. et plato possunt esse eiusdem speciei. Ad tertiam negatur consequentia. ad probationem dico quod non quodcumque oriens dicitur dextra pars celi nec quodcumque occidens dicitur sinistra pars celi. sed oriens verum dicitur dextra pars celi dicitur. quod accipiendum est ad ciuitatem arym. et hec est illa pars celi in qua nobis oritur sol existens in aliquo puncto equinoctiali. puta in principio arietis. vel in principio librae. et pars ei opposita dicitur occidens. Ad quartam. illa bene probat quod pars celi que modo est dextra aliquando erit sinistra. et ideo non eadem pars celi secundum numerum manet dextra vel sinistra. sed bene sunt equalentiam. Ad quintam. illa bene probat quod oriens et occidens non verum non sunt dextra pars. et sinistra pars celi. cum hoc tamen stat quod bene oriens et occidens verum accepta ad ciuitatem arym sunt dextra et sinistra pars celi. et hoc quantum est ex parte diuersa influentie primi motoris in illas partes. Sic ergo expedita sit ista materia de differententis positionis in celo.

**Figuram autem sphericam** necesse est habere celum et cetera. Textu comenti vigesimisecondi.

Questio V.

**Tunc** sequitur tractare de figura celi. de qua formetur vnica questio. scilicet vtrum celum sit sphericum figure. arguitur primo quod non. quod celi est orbicularis. ergo non est sphericum consequentia tenet. nam differunt orbicularis et sphericum. orbicularis enim dicitur corpus rotundum. sphericum autem dicitur corpus solidum. antecedens patet de se. Secundo. figura spherica est omnium figurarum isoperimetrarum minima. ergo celum non est spherice figure. consequentia patet. pro tanto quod celum cum sit maxime capacitatis sibi non competit figura minima. quod autem sit maxime capacitatis patet. quod omnia corpora totius vniversi preter ipsum includit. antecedens patet per archimidem. in libro de isoperimetris. Tertio. aliquae partes celi non sunt spherice figure. ergo nec celum. consequentia tenet. nam cum celum sit homogeneum. cominus debet esse figura celi et suarum partium. sicut patet. de aqua et gutta aque. antecedens patet de orbibus eccentricis. qui claudunt intra se orbem deferentem planetarum. tales enim in vna parte sunt spissiores et in alia parte magis tenues.

**Oppositum** vult Aristoteles in littera. quod probat pluribus rationibus. que videbuntur ponendo conclusiones.

**Pro questione** primo notandum est. quod que ratio celi vltimi quo ad superficiem eius conuexam. vel de figura totali celi quantum ad superficiem eius conuexam. vel de figuris orbium intermediorum inter orbem supremum et infimum quantum ad eorum superficies conuexas et concavas.

**Tunc** sit prima conclusio. non est demonstrabile celum vltimum quantum ad eius superficiem conuexam esse spherice figure. patet. nam posito quod quantum ad dictam superficiem esset figure qualis vel columnaris. non propter hoc sequeretur aliquid contra principia naturalia. Secunda conclusio. bene est demonstrabile celum vltimum non esse figure angularis. posito quod moueatur. patet. nam si sic. tunc tali aliquo angulo moto extra spacium imaginatum quod occurreret relinqueretur vacuum. quod est contra principia naturalia. Tertia conclusio. nec est demonstrabile celum quantum ad eius superficiem conuexam infimum non esse angularis figure. patet hoc. quia ad motum talis anguli aliud corpus sicut ignis succederet. et repletet locum quem prius repleuit ille angulus. et sic non oporteret ponere vacuum. Quarta conclusio. necessaria est secundum principia naturalia orbis intermedios inter supremum et infimum esse sphericos. tam quantum ad superficies conuexas. quam quantum ad superficies conuexas.

hoc probatur supponendo primo. qd orbes intermedij moueantur super alijs polis motu proprio qd primum mobile. sicut super polis zodiaci. Secundo supponitur. qd celus non est frangibile. nec pдемpfabile. nec rarefactibile. Tertio supponitur. qd dimensionum penetratio non est possibilis. Istis suppositis. patet conclusio. nam si orbes intermedij essent alterius figure quo ad eorum superficies concavas vel conuexas: tunc ex quo mouentur super alijs polis qd primum mobile. sicut dixit prima suppositio. oportet vel qd celum esset frangibile. vel conдемpfabile. vel rarefactibile. cuius oppositum dicitur secunda suppositio. vel oportet fieri penetrationem dimensionum. cuius oppositum dicitur tertia suppositio. vel oportet esse vacuum inter orbes intermedios. quod etiam suppono esse falsum. Quinta conclusio. rationabilis est ponere celum quo ad omnem eius superficiem tam concavam quam conuexam esse sphericam figure qd alicuius alterius. probatur. Primo quod pulchriori et pfectiori corpori debet attribui figura pulchrior et pfectior. sed illa est figura spherica. ergo etc. Secundo. celum est corpus simplicissimum sicut patet. ex prius dictis. ergo sibi debetur figura spherica que est figura simplicissima. quod patet ex eo qd ipsa est vna linea contenta. alie autem pluribus lineis continentur. sicut sunt figure triangulares et quadrangulares etc. Tertio celus cum sit corpus perfectissimum. rationale est qd sibi tribuatur figura perfectissima. sed talis est figura spherica. quod patet ex eo qd licet circumferentiali vel superficiali continenti circulus non potest fieri additio. nec superficiali circumferentiali continenti speram vel orbem. lineis autem vel superficibus alijs bene potest fieri additio. perfectum autem dicitur cui non potest fieri additio. ergo etc. Quarto. celo debetur talis figura que est aptissima ad motum. cum motus celi sit velocissimus. talis autem est figura spherica. unde aptior est vnus globus sphericus ad hoc qd voluatur super terram. qd sit vnus corpus cubicum. Quinto. celum continet omnia. ergo rationale est qd habeat figuram capacissimam. talis autem est figura spherica. unde demonstratum est ab archimede in libro de isoperimetris figuram sphericam omnium figurarum sibi isoperimetrarum esse capacissimam. Unde figure isoperimetre superficiales dicuntur quarum linee vnus quibus continentur sunt alicuius alterius continenti quibus alia continentur sunt equales. verbi gratia. sicut si essent tres figure. s. circulus. triangulus. quadratus. sic habentes qd circumferentia circuli in rectum protensa esset equalis lineis trianguli et simul iunctis et positis vna autem alia. et similiter lineis quadrati. tunc dicte tres superficies dicereut isoperimetre. Proportionaliter dicatur de figuris isoperimetris insolidis. Sexto. corpori elongatissimo a corruptione et lesione debetur figura que est magis saluatiua figurati. sed hec est figura spherica. quia in tali figura partes adinuicem magis vicinantur. vicinitas autem partium in toto est propter mutuas influentias earum. Deinde probatur specialiter qd celum est sphericum quantum ad superficiem eius concavam. nam omnia instrumenta quibus certificantur celestia sunt spherica: vel ad naturam spherice reducta: quod videtur esse signum celum esse spherice figure quantum ad dictam superficiem. Secundo. quia si non tunc non omnes partes celi quantum ad concavam orbis lune equaliter distarent a loco deorsum: sed hoc est falsum. consequentia patet de se. sed falsitas psequens probatur. nam celum cum sit vnus nature. et equalis in omnibus partibus. oportet qd equaliter distet a terra et a loco deorsum: quia distantia in natura est causa distantie in situ in corporibus mundi. Tertio probatur. qd celum quantum ad eius concavam non est plane figure ad modum quadrati seu quadranguli vel trianguli. nam si sic tunc stelle quando essent in oriente et in occidente magis longe distaret a nobis qd qua do essent in meridie. quia tunc essent supra capita nostra. sed hoc videtur falsum. quia tunc apparerent minores in oriente vel in occidente qd in medio celi. hoc tamen est falsum. quia sol apparet maior in oriente qd in medio celi. Sed tunc aliquis diceret. ergo videtur. qd quando sol est in me-

ridie. sit a nobis remotior qd quando est in oriente vel in occidente. et tamen hoc est falsum. supposito qd terra sit in medio celi. et vterius supposito qd celum sit sphericum. Respondeatur qd causa eius qd sol apparet nobis maior in oriente vel in occidente non est maior propinquitas solis ad nos. sed hoc est propter aliam causam. s. quia quando sol est in oriente tunc inter nos et solem sunt positi quidam vapores per quos videtur sol per refractionem radiorum. propter quas tunc apparet maior recte. sicut denarius in aqua positus apparet maior qd extra. propter defectum autem talis refractionis radiorum sole existente in meridie non apparet nobis ipse sol tante quantitatis. Quarto. nam si celum esset plane figure quantum ad superficiem concavam. tunc sol et etiam luna ex elongatione eius a nobis non occultaretur nobis in oriente per partem post partem. sed simul secundum se totum. et tamen falsitas huius patet ad experientiam.

**Ad rationes** ad primam. celum est orbicularis figure etc. negatur consequentia. quia solemus vti istis terminis spherice orbis pro eodem. sed hoc est large accipiendo dictos terminos. nihilominus accipiendo ipsos secundum significationes proprias ipsorum habent diuersas descriptiones exprimentes quid nominis. et id eo quando sic accipiuntur est dicendum. qd celum non esset sphericum. sed orbiculare. Ad secundam. dico qd si figura spherica inter figuras omnes. sibi isoperimetricas est minima quantum ad loci occupationem. cum hoc tamen fiat qd inter easdem est maxima quantum ad interiorum capacitatem et ideo expedientius et commodius est celus esse spherice figure qd alicuius alterius. Ad tertiam. dico qd licet aliqui orbes in vna parte sunt spissiores. et in alia magis tenues. tamen illi ad huc sunt spherici. licet non sit idem centrum superficiali concave et superficiali conuexe. Sic ergo dictum sit de celi figura.

**Nunc autem tantum manifestus est propter quam causam plura sunt circularia corpora etc. Textu comenti vigesimiprimi. Questio vi.**

**Uterius** querendus est circa partes maiores ipsius celi. sicut sunt spherice seu orbis celestes. et quantum ad hoc volo querere duo. Primo de numero sperarum vtrum sint octo vel nonem vel plures vel pauciores. Secundo vtrum ad saluandam illa que apparent ex motibus planetarum oporteat ponere eccentricos et epicyclos.

**Quantum** ad primum arguitur primo. qd non sint plures orbis celestes seu spherice. nam si sic vel illi essent continui vel contigui. non potest dici qd continui. nam tunc omnes mouerentur vno motu simpliciter. quod tamen est falsum. nam communiter ponitur qd orbis planetarum mouentur super polis zodiaci contra motum firmamenti. orbis lune facit multe plures. qd non potest esse si totum celus esset vna massa continua. et eo qd continuo ad inuicem vnus est motus. Nec potest dici qd sunt inuicem contigui. qd probat sic. quos vltima sunt vnus non sunt ad inuicem contigui. sed sic est de orbibus supercelestibus sibi inuicem indistinctis. qd probatur. Nam capiat orbis lune. et orbis mercurij. qui ponantur adinuicem immediati. et arguat sic. superficies puxa orbis lune. et puxa orbis mercurij sunt vna superficies. ergo illi duo orbis sunt adinuicem continui et non contigui. antecedens probatur. primo quia dicte ambe superficies equaliter distant a centro mundi. Secundo quia dicte superficies sunt sibi inuicem equales. ergo sunt vna superficies. antecedens probatur. quia se habent sicut locati et locati. sed illa sunt sibi inuicem equalia. quarto physicozum. consequentia probatur. quia si dicte superficies sint sibi inuicem equales. et sunt due. tunc sequitur qd est possibile circa idem centrum esse duos circulos vel duos orbis sibi inuicem equales. quod est contra tertium geometrie. Propo-

non aliter potest argui de quibuscumque alijs orbibus sibi in  
 vicem immediatis. **C**Secundo. ad principale. non sunt plu-  
 res spere ignis. nec etiam sunt plures spere aeris &c. ergo  
 nec videntur esse plures spere celestes. consequentia vide-  
 tur tenere per simile. & probatur antecedens ratione. nam  
 si essent plures spere celestes. & cum omnibus sit vnus mo-  
 tus. s. motus circularis. sequeretur qd vnus motus simplex  
 naturalis esset plurimum corporum simplicium. cuius oppo-  
 situm dictum est primo huius. **T**ertio probatur qd sal-  
 tem non sit ponenda nona spere: seu nonus orbis celestis.  
 primo commentatoris auctoritate. qui non ponit nisi octo: &  
 probatur hoc ratione. nam videtur qd frustra poneret nona  
 spere. propter hoc qd si poneretur non influeret aliquid in  
 istis inferioribus. propter hoc qd orbis omnem influentiam  
 quam habet. h3 ratione stelle vel stellarum existentium in  
 ipso. modo in nona spere non ponitur aliqua stella. nam om-  
 nes stelle fixe ponuntur in octava spere. alie autem que di-  
 cuntur stelle erraticae seu planetae ponuntur in alijs septem  
 speris. ita qd quilibet illarum habet vnū orbem specialem.  
 ita qd secundum septem planetas ponuntur septem orbis.  
**Q**uarto probatur qd sint plures q̄ nouem. nam clarus  
 est qd plures sunt stelle q̄ nouem. modo quilibet stella est  
 vna spere celestis. qz est corpus celeste rotundum solidum.  
 in cuius medio est punctus. a quo omnes linee ducebiles  
 ad circūferentiam sunt equales. **C**onfirmatur qd plures  
 sint orbis celestes q̄ nouem. nam pro solo motu solis assi-  
 gnatur tres orbis. vnus quidem. s. inferior concentricus  
 mundo quo ad concavum. & ecentricus quo ad connexū.  
 secundus qui vocat deferens ecentricus mundo tam quo  
 ad concavum q̄ quo ad connexum. tertius autem qui est  
 ecentricus mundo quo ad concavum. & concentricus quo  
 ad connexum. & ita pro quolibet alio planetarū oportet assi-  
 gnare plures orbis. propter quod videntur esse plures q̄  
 nouem orbis seu spere celestes. **Q**uinto. ad principale.  
 videtur qd sint infinite spere. seu orbis celestes. qz si nō vl-  
 tra quācumq̄ speram esset alia in infinitum. non videretur  
 quid esset ultra vltimam speram vtrum vacans vel quid.  
**In oppositum** sunt omnes philosophi &  
 celestes orbis. licet in numero orbium sint diuersificati. nā  
 quidam ponunt solum octo. quidam nouem. quidam de-  
 cem. **I**n ista questione primo videndum est propter qd  
 philosophi mouebantur ad ponendum plures orbis cele-  
 stes. secundo videndum est de numero orbium celestium.  
**Q**uantum ad primū sciēdū est qd philosophi  
 viderunt plures stellas moueri ab  
 oriente in occidentem & euz hoc viderunt semper illas stel-  
 las manere. vel moueri in equali propinquitate & distan-  
 tia ab invicem. propter quod mouebātur ad ponēdum vni-  
 cam speram pro omnibus illis stellis: i qua quidem spera  
 ille stelle sunt fixe sicut clauis i nauis: vel pars i toto: quam  
 quidem speram vocabāt speram octauā seu celū stellatū.  
 deinde eū experiebātur de septem planetis qd aliquādo plus  
 appropinquaret ad invicem. & aliquādo plus recederet ab in-  
 vicem. & etiam aliquādo aliquibus stellis fixis essent propi-  
 quiores: aliquādo vero ab illis stellis fixis essent remotio-  
 res. moti erāt ad ponēdum septem orbis planetarum pro  
 quolibet planeta vnum orbem. accipiēdo orbis pro aggre-  
 gato ex orbis orbibus sufficientibus ad motus vnus plane-  
 te. **D**e ordine autē talū orbū septem planetarū. quidem  
 posuerūt primo speram saturni. deinde speram Jouis. deī  
 speram martis. deinde speram veneris. deinde speram  
 mercurij. deinde speram solis. & vltimam speram lune. ita  
 qd illi posuerunt venerem & mercurium super solem. ita  
 autem posuerunt venerem & mercurium in  
 fra. Alij autem e conuerso. sed quicquid de hoc sit. rationa-  
 bilis esse videtur qd tres planete sint super solem. & tres  
 infra. & sol in medio tanq̄ rex in regni medio. ad finem qd  
 supra. & infra possit equaliter istuere & illuminare. **S**ed  
 contra hoc aliquis diceret si infra solem sunt venus mercu-  
 rius & luna. & cum luna aliquando eclipsat solem per iter  
 positionem eius inter visum nostrum & solem. que est cau-

sa qd sic non facit venus & mercurius cum tam en etiam ali-  
 quando cōtingat ipsos situari inter visum & solem. **C**ipso  
 test dicit. qd hoc est propter magnam diaphaneitatem vene-  
 ris & mercurij. & propter minorem diaphaneitatem ipsius  
 lune. **A**lter potest dici. qd hoc est propter maiorem pro-  
 pinquitatem lune ad nos. vnde vos videtis si aliquid opa-  
 cum ponitur inter oculum & visibile. quanto illud opacū  
 est propinquius oculo. tanto maiorem partem visibilis oc-  
 cultat. & quanto est remotius ab oculo. & propinquius vi-  
 sibili. tanto maiorem partem visibilis occultat. sic in propo-  
 sito luna propinquior visui posita inter visum & solem. sen-  
 sibilem partem solis potest occultare. venus autē & mer-  
 curius remotiores a visu. & propinquiores visibili. s. soli mi-  
 nozem partem solis occultant. & ita parū qd non propter  
 hoc sol apparet eclipsari. **A**lterius sciendum est. qd qz  
 aliqui philosophi non perceperunt octauam speram moue-  
 ri pluribus motibus. sed vnico. s. ab oriente in occidentem.  
 dixerunt speram octauam esse vltimam. & nullam esse vl-  
 tra. & etiam propter hoc: qd quia habet plures stellas ipsa  
 est nobilior alijs. & per consequens debet esse suprema & vl-  
 tima. Alij autem percipientes octauam speram pluribus  
 motibus moueri. vno quidem ab oriente in occidentem su-  
 per polos mundi. faciendo in die naturali vnam reuolutio-  
 nem circa terram. alio autem moueri ab occidente in orien-  
 tem super polos zodiaci. centū annis gradu vno. moti erāt  
 ad ponendum vltra octauam orbem nonum. quez vocāt  
 primum mobile. quod dicunt moueri nonum. & simplicissimū  
 mo motu ab oriente in occidentem. quod quidem primum  
 mobile producit motum octauae spere diurnum. rapiendo  
 ipsam secum ab oriente in occidentem. & etiam consimiles  
 motus in orbibus planetarum. sed qd octava spere mouer-  
 tur ab occidente in orientem centum annis vno gradu. hoc  
 est per motorem sibi appropriatū. & ita similiter est de cō-  
 simili motu orbium planetarū. sic ergo patet. propter qd  
 philosophi moti erant ad ponendum plures orbis.

**Q**uantum Ad secundum primo premitten-  
 da est vna distinctio. & sit ista qd spe-  
 ra vel orbis dicitur vnus tripliciter. vno modo qz est que-  
 dam pars cell sperica. non separata a toto nec suppositali-  
 ter existēs. illo modo stella bene dicitur vna spere. & sic s3  
 talem intellectum loquendo valde multe sunt spere cele-  
 stes. **S**ecundo modo spere vel orbis dicitur vnus. quia est  
 vnus orbis suppositaliter existens. siue sit concentricus mū-  
 do. siue sit ecentricus mundo. & sic accipitur cum dicitur qd  
 solis sunt tres orbis. scilicet ecentricus. deferens solem &  
 duo alij orbis illum includentes. quorum inferior est con-  
 centricus mundo quantum ad concavū. & ecentricus quā-  
 tum ad connexum. superior autem ecentricus quantum ad  
 concavum. concentricus autem quantum ad connexum.  
 sicut dictum est prius. **T**ertio modo capitur pro orbe con-  
 centrico mundo. vel pro aggregato ex omnibus orbibus  
 qui requiruntur. & sufficient ad saluandum motus vnus  
 planete. quod quidem aggregatum est concentricum mū-  
 do. tam quantum ad concavum. q̄ quantum ad connexū.  
**P**rimus duobus modis nolo accipere orbem in propo-  
 sito. sed vltimo modo. nam non est dubium qd accipiēdo  
 orbem primo vel secundo modo. multo plures sunt or-  
 bis celestes q̄ nouem vel decem. sed accipiēdo orbem  
 vltimo modo. diuerse sunt opinionēs de numero orbium.  
**N**am vna est opinio que ponit nouem orbis celestes. scilicet  
 cet septem orbis planetarum. & octauum orbem stellatū.  
 & super illum orbem nonum. quem vocant primum mo-  
 bile. **C**ipso probatōne istius ista opinio supponit. qd octa-  
 nus orbis seu octaua spere mouetur pluribus motibus.  
 vno enim mouetur ab oriente in occidentem. & hoc super  
 polos mundi. alio autem motu mouetur ab occidente in  
 orientem super polos zodiaci in centum annis vnico gra-  
 du. **S**ecundo supponit. qd vnus orbis non mouetur plu-  
 ribus motibus ab eadem intelligentia. nec idem orbis mo-  
 uetur a pluribus intelligentijs sibi eque primo appropria-  
 tis. illud satis ostendit Aristoteli. duodecimo metaphysice.  
**T**ertio supponit. qd spere inferior non mouet secus spe-

ram superiorem: sed bene superio: mouet secum inferio-  
rem. **Ex** his tribus suppositionibus concluditur esse no-  
nam speram, nam postq̄ octaua spera mouetur pluribus  
motibus, sicut dicit prima suppositio, et non ab eodem mo-  
tore, nec a pluribus motoribus sibi eque primo appropria-  
tis, sicut dicit secunda suppositio, nec a spera inferiori sicut  
dicit tertia suppositio, relinquitur q̄ oportet esse noniam,  
que appropriate mouetur ab oriente in occidentem, et illo  
motu moueat secum octauam speram ab oriente in occide-  
tem, et sic tunc octaua spera mouetur motu proprio per in-  
telligentiam, sibi appropriatam ab occidente in orientem, sicut  
per polos zodiaci, cum hoc q̄ mouetur ab oriente in occi-  
dentem ad motum nonne sperae super polis mundi. **Secundo**  
aliquis est primus motor, ergo aliquid est primum  
mobile, antecedens patet per Aristotilem duodecimo me-  
taphysice, et consequentia patet similiter, et ultra, aliquid  
est primum mobile, ergo illud debet moueri motu unico  
et simplici, sed illud non est octaua spera cum ipsa mouea-  
tur pluribus motibus, ergo praeter octauam speram oportet  
ponere noniam, que moueatur unico motu simplici, scilicet  
ab oriente in occidentem, quam astrologi multi vocant pri-  
mum mobile. **Alia** est opinio que non ponit nisi octo, et  
ista habet diversos defensores diuersimode ipsam defen-  
dentes, unde primi erant antiqui philosophi, qui non per-  
ceperunt octauam speram moueri alio motu q̄ ab oriente  
in occidentem, nec quo ad veritatem, nec quo ad apparen-  
tiam, et sic quia crediderunt octauam speram moueri solu  
unico motu, dixerunt q̄ non essent nisi octo sperae, nam fru-  
stra poneretur nona, postquam stelle fixe essent in octaua,  
et etiam quia illa nona non esset necessaria ad producendum  
aliquem motum in octaua, cum ipsa non moueatur nisi sim-  
plici motu ab intelligentia sibi appropriata, sicut ipsi credi-  
derunt. **Sed** breuiter isti sunt decepti, istam ex experien-  
tia plurimum habemus octauam speram pluribus mo-  
neri motibus, scilicet ab oriente in occidentem super polis  
mundi, et ab occidente in orientem in centum annis gradu  
vno super polis zodiaci. **Alij** autem in sunt qui dictam opi-  
nionem defendere volunt, et cum hoc concedere octauam  
speram moueri pluribus motibus, sed ipsi dicunt q̄ hoc  
est a pluribus intelligentijs eidem orbi appropriatis, quar-  
tum vna mouet octauam speram ab oriente in occidentem,  
et alia ab occidente in orientem modo quo dictum est. **Sed**  
breuiter illud non valet, nam vni orbi non sunt plures in-  
telligentie appropriate, aliter enim vnum corpus simplex  
moueretur naturaliter, et eque primo pluribus motibus  
simplicibus, cuius oppositum ostensum est in primo hu-  
ius, etiam hoc est contra Aristotilem duodecimo metaphysice,  
q̄ eidem orbi sunt appropriate plures intelligentie.  
**Aliter** potest dicta opinio sustineri sustinendo q̄ non eunt  
nisi octo orbes, scilicet illi qui dicti sunt, et q̄ octaua spera  
non moueretur pluribus motibus, sed q̄ ipsa apparet mo-  
neri pluribus motibus hoc prouenit isto modo, q̄ quan-  
do octaua spera mouetur ab oriente in occidentem super  
polis mundi, ipsa terra mouetur interim ab occidente in ori-  
entem circa lineam imaginatam, quam terminant poli zo-  
diaci tantum q̄ in centum annis vno gradu ipsa terra est  
tali motu mota. **Et** si diceretur, quomodo ergo salua-  
bis motum accessus, et recessus octaue sperae, quae est ima-  
ginatus thebit, dico q̄ ille etiam posset saluari per vnum ali-  
um motum terre consimiliter imaginatum qualiter thebit  
imaginatur fieri motum octaue sperae, et sic diceretur pro-  
pter talem duplicem motum terre apparere octauam spe-  
ram moueri duobus motibus, ultra motum diurnum ab  
oriente in occidentem, scilicet motu quo apparet moueri in  
centum annis gradu vno ab occidente versus orientem, et  
motu alio quem thebit vocat motum accessus et recessus,  
licet tamen octaua spera non moueatur nisi unico motu sim-  
plici, scilicet ab oriente in occidentem. **Sed** istud non vi-  
detur esse omnino iustum, quia non apparet prima facie qd

terram sic moueret, nihilominus forte qui niteretur in de-  
fensionem huius opinionis posset excogitare facilliter mo-  
dum hoc euadendi et plura alia dictam opinionem multum  
colorantia. **Aliter** adhuc opinionem non potentem nisi  
octo speras potest quis sic defendere adhuc sustinendo ip-  
sam octauam speram moueri pluribus motibus, et dicere  
q̄ octaua spera mouetur ab intelligentia sibi appropriata ab  
occidente in orientem super polis zodiaci, sed q̄ moueatur  
ab oriente in occidentem cum alijs orbibus planetarum,  
hoc prouenit non ab intelligentia sibi appropriata, sed hoc  
pruenit a primo motore appropriato toti aggregato ex om-  
nibus orbibus celestibus. **Et** tunc iuxta hoc diceretur q̄  
per primum mobile non deberet intelligi vna spera partia-  
lis, sed totum aggregatum ex omnibus speris, et q̄ illud  
aggregatum ex omnibus speris mouetur unico motu et  
simplici et regulari ab oriente in occidentem a primo moto-  
re. **Ista** opinio non habet aliquod contra se, nisi solum  
hoc q̄ non bene potest saluare motus accessus et recessus  
octaue sperae: quem inuenit thebit, et fecit de hoc vnum spe-  
cialem tractatum. **Alia** est opinio quam inter ceteras ma-  
gis approbo: q̄ decem sunt orbes et non plures, probatur,  
quia per tot possumus saluare illa que apparent quantum  
ad motum celli, unde imaginandum est q̄ decimus moue-  
tur unico motu et simplici ab oriente in occidentem, et vo-  
catur primum mobile, quo motu omnes orbes inferiores  
mouet secum, secundus autem mouetur motu proprio: ta-  
li motu quem dicimus esse motum accessus et recessus,  
et consimiles producit in octaua spera. **Et** octaua spera mo-  
uetur motu proprio ab occidente in orientem per meridi-  
em super polis zodiaci in centum annis gradu vno, et con-  
similem producit in orbibus planetarum. **Deinde** quilibet  
planetarum mouetur motu proprio ab occidente in orientem  
per meridiem, licet non omnes super eisdem polis, et  
etiam non omnes equali velocitate, q̄ non omnes moue-  
antur super eisdem polis quantum ad motum eis propri-  
um patet, ex eo q̄ sol nunquam exit eclipticam, et propter  
hoc non dicitur habere motum latitudinis, Alij autem pla-  
nete exeunt eclipticam, in tantum q̄ vestigia que imaginan-  
tur describi ab alijs planetis in eorum motu, intersecant ve-  
stigia quod imaginatur describi a sole, quod non esset: si  
omnium planetarum orbes mouerentur super eisdem po-  
lis ab occidente in orientem.

**Ad rationes** ad primas vel essent continui  
et solutio huius argumenti  
videatur in illa questione primi huius, qua querebat vtrum  
totalis mundus esset vnum continuum. **Ad** secundam  
rationem, non sunt plures sperae ignis et, negatur conse-  
quentia, nec est simile de vno et de alio, et quando diceba-  
tur vnus motus simplex secundum speciem, negatur con-  
sequentia, quia motus primus circularis inest primo mo-  
bili naturaliter, alijs autem ratione primi mobilis. **Ad** ter-  
tiam dico quod commentator fuit illius opinionis, et ideo  
transcat cum alijs: sed quando dicebatur q̄ frustra ponitur  
nona spera, negatur, et causa propter quam ponitur dicta  
est in questione. **Ad** quartam, illa bene probat q̄ plures  
sunt sperae celestes q̄ nouem vel decem, accipiendo spe-  
ram primo vel secundo modo, sed non probat q̄ sint plu-  
res accipiendo speram vltimo modo, ille autem accipio-  
nes sperae posite sunt in questione. **Ad** confirmationem,  
Respondeatur consimili modo. **Ad** quintam, dico q̄  
extra vltimum nihil est, secundum q̄ dictum est primo hu-  
ius. **Et** sic est finis questionis.

**Quoniam** quidem igitur neq̄ vtraq̄ mo-  
ueri rationabile: neq̄ astrum soluz relinquatur  
circulos quidem moueri, astra autem quiesce-  
re et infra circulus ferri et cetera. **Textu** com-  
menti quadragesimiferti.

Questio vij.

**Secundam** propositio in erat.

vtrius ad saluandū illa que apparent ex motibus planetarum oportet ponere orbis eccentricos. & epiciclos. Et arguitur q̄ non arguendo primo contra eccentricos. nam si sic sequeretur q̄ nullum graue simplex posset moueri naturaliter. consequens est falsum. & contra ea que dicta sunt in primo huius. consequentia patet. q̄ si ponerentur eccentrici eēt plura centra vel media ad que graua mouerentur. & sic eoz non possint moueri vt quecant in vtroq; medio naturaliter: ad neutrum mouebuntur naturaliter. q̄ finis motus naturalis est quies in termino ad quem. **C**Secundo. si sic. sequeretur q̄ terra non esset in medio mundi. cōsequens est falsum. ex quo orbis solis esset eccentricus mundo. & eadem ratione non esset in medio orbium aliorum planetarum. cum etiaz ponantur eccentrici mundo. & per consequens terra non erit in medio totius ex his aggregationem & rarefactionem vel vacuum: quodlibet illorū est falsum. probatur consequentia. q̄ si ponantur eccentrici ad quorum motum mouentur corpora planetarum. oportet dum aux venit ad locum vbi prius erat oppositum angis: relinquere vacuum in loco vbi prius fuit aux: vel fieri rarefactionem spere superioris pro replendo illud vacuū. & ex alia parte quando aux venit in locū vbi prius erat oppositum angis: oī fieri condensationem ipsius angis vel alterius orbis superioris: vel fieri penetrationem. quorum quodlibet est inconueniens. **C**Quarto si ponerentur eccentrici. sequeretur q̄ motus planetarum non essent motus simplices. quod est falsum. probatur consequentia. q̄ quādo planete mouerentur vtrius angem recederent a centro mundi: & quando mouerentur ad oppositum angis accederent ad centrum mundi. & sic motus eorum videretur esse compositus ex circuitione & motu recto cum a centro mundi elongari sic ascendere. & centro mūdi appropinquare sic descendere. ascensus autem & descensus sunt motus recti. **C**Quinto arguitur contra epiciclos. luna non habet epiciclum. ergo nec alij planetæ. cōsequentia tenet. nam tantum vel magis luna indiget epiciclo ad saluandam apparentiam in suis motibus: quantum aliquis aliorum planetarum. antecedens probatur. q̄ si luna haberet epiciclum & moueretur ad motū epicicli sequeretur q̄ illa imago. seu ille vir habens pondus spinarum in dorso deberet aliquando apparere enerfas: sic q̄ aliquando pedes essent sursum. & caput deorsum. sed hoc est falsum. **C**Ad istaz rationem quidam dicunt negando consequentiam. nā dicunt q̄ corpus lune non solum mouetur ad motum deferentis & epicicli. sed ipsa mouetur in epiciclo secundum se contra motū epicicli. sic proportionaliter q̄ quando epiciclus fecit vnam circuitionem circa centrū suū p̄p̄tū. tunc luna et̄ fecit vnaz circuitionem ad oppositum circa centrū suū p̄p̄tū. & per hoc potest saluari q̄ illa imago semper apparet confirmi modo: & nunq; enerfa. **I**llud nō valet. q̄ alie stelle nō mouentur motibus p̄p̄tū circa centra sua p̄p̄tū. ergo nec luna. consequentia tenet. nāz confirmis videtur esse ratio hic & ibi. antecedens probatur. nam talis motus stellarum videretur esse frustra. cum propter talem motū nō diuersimode influerent in ista inferiora: & euz motus superior: non fiat nisi propter diuersam influentiam in ista inferiora. vnde cum stella sit eiusdem nature per totam: confirmiter influat in ista inferiora secundam vnam suam partē sicut secundam aliam. **C**Ultimo arguitur contra eccentricos & epiciclos simul auctoritate cōmentatoris qui sup istū secundaz celli dicit in pluribus cōmentis. q̄ opinio mathematicorum de eccentricis & de epiciclis est impossibilis.

**Oppositum** dicunt cōmuniter omnes moderni astrologi & inter ceteros maxime ptolemaeus in pluribus dictionibus libri almege

si. **C**De ista questione primo exponēdi sunt termini quidam. Secundo respondendum est ad questionem.

**Quantum** ad primum sciendum est. q̄ orbis eccentricus. seu egressu cōspicid. seu egredientis centri. quod idēz est. dicitur orbis habens centrum suū aliud a centro mundi. sub cuius tamen vtriusq; superficie tam concava q̄ conuexa est centrum mundi licet non directe in medio eius. & quidam talium orbium quantum ad vtriusq; vel vltimam eorum superficiem tam concavam q̄ conuexam sunt eccentrici mundo: quidam autem quantum ad superficiem eorum concavam sunt concentrici mundo. sed sunt eccentrici quantum ad superficiem eorum conuexam. quidam autem sunt concentrici mundo quantum ad superficiem conuexam. concentrici autem quantum ad superficiem concavam. Similiter quidam eorum sunt vni formis spissitudinis. sicut sunt illi qui sunt concentrici mundo quantum ad ambas eorum superficies. sicut autē sunt difformis spissitudinis. sicut sunt illi qui sunt concentrici mundo quantum ad vnam eorum superficiem: & concentrici quantum ad aliam. Sed epiciclus dicitur vna parua spera existens in superficie eccentrici: sub cuius superficie conuexa non est centrum mundi. **I**llud posset declarari depingendo de hoc figuram in pariete. Sed orbis concentricus mundo dicitur ille cuius centrum est idēz euz centro mundi. **C**Secundo est notandum q̄ tam in epiciclo quam in eccentrico assignantur puncta distincta. quorum vnum dicitur aux sicut ille punctus qui magis eleuatus est a centro mundi. punctus autem sibi oppositus dicitur oppositus angis. Sed puncta intermedia inter illa dicuntur longitudines medie.

**Quantum** ad secundum sit prima conclusio. Ad saluandum apparentia ex motu solis non oportet ponere solem moueri in eccentrico. nec oportet ponere ipsum moueri in epiciclo cū concentrico. nec oportet ponere ipsum moueri in epiciclo moto in eccentrico. probatur. nam per quodlibet istorum sine reliquo contingit saluare apparentia in motu solis. ergo nullam istorum necessē est ponere ad saluanda ea consequentia nota est. antecedens patet per ptolemaicum dictione tertia almegesti inuozis. vbi demonstrat q̄ quolibet istorum modorum est possibile saluare apparentia ex motu solis. **C**Secunda conclusio ad saluanduz apparentia ex motu solis necesse est ponere solem habere eccentricum sine epiciclo vel concentricum cum epiciclo vel eccentricum cum epiciclo. probatur. quia nisi altero istorum trium modorum ponamus solem moueri non videtur posse saluari diuersitas distantie solis a terra. secundum q̄ sol est sub diuersis gradibus zodiaci. vnde istis temporibus quando sol est in fine geminorū est magis remotus a terra q̄ quando est in principio capricorū. cum iam aux solis dicatur esse prope finem geminorū: & eius oppositum prope principium capricorū. **C**Secundo probatur hoc idēz ex inequalitate motus solis in orbe signorū. que certis deprehensa est instrumentis. cū enim in suo deferente equaliter mouetur sicut ex naturalibus principijs supponendum est: non potest moueri in orbe si gnorum inequaliter nisi detur q̄ habeat eccentricū. vel epiciclam. vel vtriusq;. **C**Tertio hoc idēz cognoscitur ex eclipsis. nam cum aliquando terram inter solem & lunam diuometraliter contingat interponi luna nullam vel partiam habente latitudinem. & tamen luna non patitur eclipsim: & aliquando facta interpositione & manente latitudine eadez patitur. alia causa dari non potest nisi q̄ vmbra terre aliquādo ita breuis est q̄ eius corpus nō potest attingere corpus lune. & aliquando est vmbra longior in tantum q̄ tunc eius corpus obtenebrat corpus lune. abbreviatio autem & elongatio vmbre esse non potest nisi per appropinquationem & elongationē solis a terra. quanto. n. aliquod corpus lucidum maius corpore vmbroso propinquius est vmbroso. tanto vmbra breuior existit. eo q̄ radij propinquius vniuntur. quanto vero remotus. tanto vmbra fit longior. **C**Illud idēz similiter habet ex diuersa latitudine solis

a terra. que secundum viam geometricas inuenitur. sicut patet in quinta dictione almagesti. c. quintodecimo. **T**ertia conclusio. ad saluandum apparentiam ex motibus aliorum sex planetarum ponendus est ipso habere epicyclos cum eccentricis. probatur: nam aliter non appareret modus quomodo possent saluare quod illi planete aliquando sunt magis distantes a terra: aliquando minus: et aliquando sunt retrogradi: aliquando stationarij. aliquando directi. et aliquando processui: excepta luna que non dicitur stationaria. nec retrograda. licet bene dicatur cursu velox vel tarda.

**T**unc ad rationes sequentia. et ad probationem. dico quod quantum sint plures orbis celestes diuersa habentes centra. non tamen propter hoc sunt plures termini motuum grauium simpliciter. quia non cuiuslibet orbis celestis medium est terminus motuum naturalium grauium simpliciter. et locus ipsorum naturalis. sed solum vnus medium. scilicet centrum totius aggregati ex orbibus supercelestibus quod dicitur medium mundi vel vniuersi. et ad illud tendunt simpliciter grauias. **A**d secundam negatur consequentia. ad probationem. dico quod terra est in medio totalis sphaere cuiuslibet planete. saltem quantum ad centrum sue grauitatis. nec obstat quod terra non est in medio eccentricorum. quia eccentrici includuntur in orbibus totalibus planetarum. **A**d tertiam negatur consequentia. ad probationem dico quod ratio imaginatur vnum falsum. imaginatur enim quod motus eccentricorum fiat circa centrum mundi. sic quod quilibet punctus eccentrici deferentis continue maneat in eadem remote ad terram. et illud est falsum. nec ponitur ab astrologis. imo ponitur eccentricos moueri circa centra propria. circa que etiam quilibet puncta eccentricorum continue eandem seruant distantiam. et ad talem motum saluandus deseruiunt nobis eccentrici diuersis spissitudinis infra se includentes eccentricum spissitudinis vniuersi. **A**d quartam negatur consequentia. ad probationem. dico quod non omne elongari a centro mundi est ascendere. nec omne appropinquare ad centrum mundi est descendere. sed solum elongari a centro infra concavum orbis lune vel appropinquare ad centrum infra concavum orbis lune est ascendere vel descendere. modo sic non est de planetis. quod infra concavum orbis lune fiant centro propinquiores vel remotiores. **C**onfinaliter istam rationem iam solutam taliter qualiter que non solum vadit contra eccentricos. imo etiam et magis contra epicyclos. suppositis principiis naturalibus. ceteris repositis fortiore. sicut ergo bene vellem deducere prout mihi appareret. **A**d quintam luna non habet epicyclum. negatur antecedens. et quando dicitur. tunc illa imago etc. breuiter ergo nescio quid sit de illa imagine. plures enim insperit luna et bene vidi ibi quandam maculam nigram. nullo tamen modo poteram ibi apprehendere imaginem talem. quas quidam dicunt ibi apparere. scilicet imaginem viri habentis pondus spinarum in dorso. nihilominus quicquid de hoc sit. pro saluando illud quod talis imago non appareat euerfa potest dici. quod hoc accidit propter motum lune speciales. que habet circa centrum proprium. contra motus epicycli. sicut dictum erat in arguendo. **E**t quando dicebatur. alie stelle non habent motus proprios circa earum centra propria. ergo nec luna. negatur consequentia. nam luna non omnino est eiusdem nature in suis partibus sicut alie stelle. et ideo ipsa secundum vnam eius partem potest aliter influere. et aliter secundum aliam. quod non possunt facere alie stelle. et ideo non mirum si ipsa luna ponatur moueri. circa centrum proprium. et alie stelle non. **A**d vltimam. scilicet ad auctoritatem commentatorum. dico quod ipse negandus est in hoc. et non mirum. quia ipsemet dicit super. 12. metaphysice quod inluentur sua sperant pertingere ad aliam astronomiam quam ptolemei ponentis epicyclos et eccentricos. sed in senectute desperauit. et ideo inutilis debet eius positio et probatio hic reputari. **A**lij autem negantes epicyclos et eccentricos non fuerunt. nec sunt. si adhuc tales sunt nisi sophiste verbosi. sicut beati sunt multi qui ad pauca respicientes de facili enunciant. et superfluas falsas imaginationes euomere presu-

mit. Et sic fit finis huius presentis questionis. **Q**uonia autem celum tale. corpus enim quoddam diuinum. propter hoc habet circulariter corpus quod natura circumueatur. **H**uic autem nullam possibile manere partem: neque vniuersaliter. neque in medio. etc. **T**ertio comenti decimi septimi.

Questio viii.

**E**quitur consequenter pertractare illa que concernunt motum celi. et suarum partium tam maiorum sicut sunt orbis. quam minorum sicut sunt astra. et quantum ad hoc volo querere tresdecim questiones. **P**rima est. vtrum omne celum sit mobile. vel sit ponendum aliquod ce-

lum quiescens. accipiendum celum pro orbe celesti. **S**ecundo. vtrum celum moueatur cum fatigatione et pena. **T**ertio vtrum ista consequentia sit bona. si celum mouetur necesse est terram quiescere. **Q**uarto. vtrum ista consequentia sit bona. celum semper mouetur. ergo necesse est ipsum moueri pluribus motibus. **Q**uinto. vtrum ista consequentia sit bona. si necesse est esse generationes et corruptiones hic inferius. necesse est esse plures motus celestes. **S**exto. vtrum motus celi ab oriente in occidentem sit regularis. **S**eptimo incidet aliter. vtrum omnis motus naturalis in fine debeat esse velocior quam in principio. **O**ctavo. vtrum sphaere celestes diuersis moueantur motibus. **N**ono. vtrum corpora celestia suis motibus constant solum. **D**ecimo vtrum sphaere inferiores planetarum debeant moueri velocius motibus propriis. quam sphaere superiores. **U**ndecimo. vtrum sol et luna debeant moueri paucioribus motibus quam alij planete. **D**uodecimo. vtrum sphaera solis per suum motum magis calefaciat ista inferiora quam alie sphaere. **T**redesimo. vtrum stelle moueantur per se. vel solum ad motum sui orbis.

**Q**uantum ad primum. ar. primo. quod sic. quia sicut dicitur Ari. in littera celum mouetur circulariter sed tale potest moueri ad vnam partem vel ad aliam idem dicitur de. a. i. c. per. b. vel. de. a. i. c. p. d. modo videmus quod celum determinate mouet ad vnam partem. ita quod non ad aliam et non a causa. nec a fortuna. cum semper sic moueat. **I**deo querenda est ratio et causa. quare sic magis moueat ad vnam partem quam ad aliam. et non potest illius reddi ratio ex parte inferioris. quia nullo modo debet dicere quod determinatio celi sit in ista inferiora. imo e contrario totus iste mundus inferior per corpora supercelestia regitur et gubernatur. **N**ec illius potest reddi ratio ex parte corporum celestium nisi per dextrum et sinistrum. et ante et retro. sicut videtur Ari. quod per hoc. et non per aliud ipse nunc predictis accidit reddere rationem. **S**ed motus dicitur a dextro. et tendere ad ante et non ad retro. **S**ed ista ratio. non videtur sufficere. nisi recurratur ad aliquod celum quiescens. eo quod nunquam posset vna pars celi ad aliam partem eiusdem motu peruenire. **E**rgo videtur oportere ponere celum quiescens per illud poterit valde bene reddi ratio predictis. **I**tem enim celum quiescens habet in diuersis suis partibus diuersas influentias. proprietates et virtutes. per quas duo essent poli mundi. et vna alia esset nobilissima que vocaretur ante. et opposita retro. et quedam alia post illam nobilissimam esset inter ceteras nobilior que vocaretur dextrum et opposita sinistrum. **E**t tunc diceretur quod omnis pars celi motu quod esset sub illo dextro celi quiescens appeteret. et inclinaretur naturaliter ad hoc quod fieret sub illa parte nobilissima celi quiescens. quod vocatur ante. et ista naturaliter quilibet pars celi incipiens motum suum a dextro. sine et sua circulatione. mouetur ad ante. quia natura inducit ad honorabilis. **S**ecundo omne quod per se mouet localiter dicitur habere locum per se. et cuius vltima sphaera mota moueat per se localiter per quod mouet per se. et non alio motu quam localiter. ergo ipsa vltima sphaera mota dicitur habere locum per se. sed hoc non habet nisi supra ea esset alia sphaera non mota terminis ipsam. quia diffinitio loci est. quod locus est terminus corporis terminis. et quia locus dicitur esse immobilis. 4. phis. videtur quod super omnes sphaeras motas sit vna sphaera immobilis. **N**ec valde solutio quam alij ad hoc adducunt. scilicet quod vltima sphaera dicitur locum finem ordinem eius ad



centrum suum quod est terra. quia terre in ordine ad vltimam speram nullo modo conueniunt proprietates loci: nec enim sibi conuenit continere locatum. nec esse equale loco. & sic de alijs. & quia etiam per ipsum locum & naturam loci debet ordinari motus localis naturalis. sed motus celli non ordinatur aliquo modo per ipsam terram. ideo &c. **T**ertio. nullum per se mobile est per se fixum. imo indiget fixatione per aliquod quiescens: vt patet in libro de motibus animalium. sed corpora celestia non habent fixationem ex ipsa terra. sed magis e conuerso. ergo in celestibus oportet ponere celum quiescens. & per se fixum. per quod omnia alia habent fixationem. **E**t confirmatur. qz polos mundi oportet esse fixos & immobiles. modo in speris planetarum nulli poli sunt fixi propter duplicem motum illarum sperarum. nec etiam in octaua spera. qz adhuc illa s'm astrologos mouetur pluribus motibus. & vniuersaliter nulli celli moti poli sunt immobiles. ergo vt videtur preter omnes celos motos oportet ponere celum immobile. in quo assignant poli immobiles. **Q**uarto. nam videmus magnam diuersitatem in fructibus in motibus hominum in pluribus alijs inter orientem & occidentem. quibus plus est adhuc equaliter eleuatus. sed illa diuersitas non potest saluari per speras mobiles. & stellas que sunt in eis. cum omni die eodem orientantur stelle istis & illis: sed illis qui sunt versus orientem citius ille stelle orientantur. & tardius illis qui sunt versus occidentem. ergo videtur qd ad saluandum dictam diuersitatem oporteat ponere preter speras mobiles vnam immobilem. que secundum diuersas eius partes. quas habet fixas super illis patrijs sit causa talis diuersitatis talium patriarum. **Q**uinto. nam consimili ratione non videtur esse causa. quare vna pars terre esset habitabilis magis qm alia. nam illius causa non potest reddi ex celo moto. qz eadez partes celi voluntur circa vnam partem terre. que est habitabilis. & circa vnaz aliam que est inhabitabilis. ergo oportet de hoc reddere causam ex celo quiescente. cuius vna pars que est super nos habet insipientiam & dominium super salutem animalium & plantarum. & alia magis habet dominium super congregationem aquarum. **S**exto. nam dicunt astrologi qd plane te maiorem habent virtutem in oriente. qm quando sunt alii qualiter eleuati super orientem. sed hoc non potest esse ex parte celi moti. propter hoc qd spera mota eadez pars que primo erat in oriente postea est eleuata cum planeta. ergo vt videtur qd hoc fit pp naturam celi quiescentis. qd in oriente aliam habet insipientiam. & in occidente aliam.

**I**n oppositum videtur esse illa que dicuntur primo huius. nam si poneretur tale celum quiescens. vltiqz ipsum esset corpus naturale sicut alij celi. & cum cuilibet corpori naturali debeatur aliquis motus naturalis. tale celum non est semp quiescens. sed mobile. **S**ecundo illud celum. si esset. deberet esse nobilissimis cellis motis. postqz esset super eos. & continens eos & dans eis virtutem s'm prius arguta. **S**ed probatur qd no. quia motus est prius & nobilior quiete. sicut habitus prius quiete. ergo videtur qd corpora mota sint naturaliter nobiliora quiescentibus. vnde terra ponitur quiescere. que est ignobilissima. & sic ad positionem illius celi immobilis videtur sequi. qd ipsum esset nobilissimis alijs cellis & non esset nobilissimis alijs cellis. quod implicat. **T**ertio. licet illud celum esse quiescens. tamen esset mobile. probatur. qz deus posset ipsum mouere. modo videtur inconueniens qd potentia ad actum & perfectionem cuiusmodi est motus. fuisset frustra toto tempore eterno. ideo videtur esse inconueniens esse tale celum. quod nunqz fuisset motum. **B**reuiter propter istas tres rationes Ari. concessisset omne celum esse mobile. & nullam esse immobilem.

**E**t ad rationes primo factas. s'z sua principia. sic responderetur. **A**d primam. dicitur qd celum magis moueretur ad vnam partem qm ad aliam. non est ex parte celi quiescentis. sed ex parte intelligentie. que aliter insitit in vnam partem & aliter in aliam. sicut prius declarabatur in consimili de anima intellectiva in ordine ad corpus. **E**t propter hoc vna pars celi dicitur de-

xtrom. & alia sinistram. & alia ante. & alia retro. **E**t qz motus est a dextro per ante ad sinistram. **E**x hoc est qd celum taliter mouetur qualiter mouetur. **P**osset etiam dici. qd hoc esset ex libera voluntate intelligentie mouentis. **A**d secundam dico qd vltima spera non mouetur motu locali sed bene mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. sed hoc prius fuit dictum in primo huius. **A**d tertiam. dico qd celum non habet fixationem oppositam motui. sed habet bene fixationem motui recto oppositam. & illa sufficit. & habet illam a sua natura. & a deo. **Q**uando autem dicitur in de motibus animalium. omnem motum indigere aliquo fixo. intelligitur de motibus animalium. **A**d quartam. & ad quintam simul dicendum est qd ab eterno sic ordinatur talis ordinatio dicam postea. cum tractabo questiones de centro celi sicut est terra. **A**d vltimam dico qd non est ad propositum. quia si esset celum quiescens. tunc alibi & alibi habitantes. haberent in suis orientibus aliam & aliam plagam celi quiescentis. & ita etiam in suis occidentibus & in suis meridiis & in angulis terre & in angulis noctis. **E**t cum omnes astrologice indicantes aspicerent ad ascendentia in suis orientibus. & ita non faceret ad propositum virtus talis vel talis plage ipsius celi quiescentis & imoti. **C**ausa autem quare planeta in vna parte celi est vigorosior qm in alia. est alius & alius modus proiectendi suos radios super ista inferiora. quando est in oriente. & quando est in alia parte celi. **E**t sic est finis questionis.

**A**dhuc autem sine labore propter neqz vna indigere violenta necessitate &c. **T**extu comenti terti.

Questio IX.

Secundum

propositum erat vt rum celum moueretur cum pena & fatigatione. **A**rguitur primo qd sic. celum mouetur cum resistantia. ergo celum mouetur cum fatigatione & pena. consequentia tenet. qz resistantia est causa fatigationis & remissionis potentie motus. antecedens probatur. quia celum mouetur certa velocitate. & cum certa velocitate sequatur certam proportionem potentie mouentis ad resistantiam. sicut patet 7<sup>o</sup> physicorum. videtur qd celum moueretur cum resistantia. **E**t confirmatur hoc secundo. qz nisi celum moueretur cum resistantia. sequeretur qd moueretur velocitate infinita. hoc est falsum. consequentia probatur. ex eo qd potentia naturalis mouens sine resistantia moueret velocitate infinita. sicut solet dici de motu grauis simplicis in vacuo. **E**t confirmatur hoc tertio. si circa idem mobile sint diuerse virtutes diuersos motus intendentes. ille sibi inuicem resistunt. & quando violentiam inferunt. per quam causatur fatigatio. sed sic est in celo. nam motor diurnus quantalibet speras planetarum mouet. & inclinatur ad vnum motum. scilicet diurnum. & alter motor. scilicet proprius mouet & inclinatur eadem speram ad alium motum. s. in obliquo circulo contradicendum. ergo illi motus & illi motores sibi inuicem resistunt. & est simile sicut videmus in animali. anima enim inclinatur ad motum naturalem de isto loco ad illum locum. & grauitas corporis inclinatur ad alium motum deorsum. & hec inclinatio resistit motui quem anima intendit. & propter hoc animali accidit fatigatio & labor. **C**onfirmatur hoc quarto. qz Ari. dicit secundo huius in dando causam quare superiores planete longius tempus apponunt in perficiendo suas circulationes qm planete inferiores quantum ad suos motus proprios. hoc enim dicit esse. qz vltima spera motu diurno mouetur velocissime. & eam quantum ad illum motum assequuntur spera planetarum. & sic qz ille motus velox videtur resistere motibus proprijs. & magis videtur posse resistere speris propinquioribus illius vltime spe. ideo ille tardius mouetur motibus suis proprijs. vnde saturnus triginta apponit annos ad perficiendum vnam circulationem. iuna autem que est infima vnum mensem solus. ergo videtur qd Ari. in motu celi imaginatur resistantiam & violentiam.

**C**onfirmatur b. quinto vnum corpus simplex non habet nisi vnum motum simplicem naturalem: sicut dictum est primo huius. ergo cum spera lune sit corpus simplex: et moueatur pluribus motibus. oportet vnum illorum motuum esse preter naturam et habentem quasi modum violentie. et hoc concordat dictis astrologorum dicentium: quod vltima spera rapit alias inferiores motu diurno. raptus autem videtur sonare quandam violentiam. **C**onfirmatur hoc sexto. quod celum trahit secum ignem et aere in superiori regione. sicut dicitur primo meteororum. et cum sic trahantur preter proprias et naturales inclinationes eorum. videtur quod resistent trahenti. ergo saltem ex igne et aere: motus celi resistentiam habere videtur. **C**Secundo ad principale illa que quandoque mouent tardius. quandoque velocius. videtur moueri cum fatigatione: sic est de quibusdam cunctis planetis. ergo et c. maior est nota. quod retardatio motus videtur esse signum fatigationis. minor patet de planetis. qui quandoque sunt stationarii. quandoque directi. quandoque retrogradi. **C**Tertio. nisi virtus motiva celi esset fatigabilis sequitur quod ipsa esset infinita intensiue. hoc est falsum. consequentia patet. ex eo quod de facto haberet potentiam mouendi per tempus infinitum sine fatigatione. unde si esset aliquod animal mal quod posset vigilare per tempus infinitum sine fatigatione: videtur esse potentie infinite. **C**Quarto. nam dicit Ari. in de somno et vigilia. quod omnis virtus naturalis est fatigabilis. modo motus celi cuius sit naturalis est a virtute naturali. ergo videtur esse a virtute fatigabilis. quod est intentum.

**O**ppositum volunt Ari. et comentator. dicit in Ari. quod celum mouetur sine labore. et sine aliqua violentia et difficultate. et comentator dicit. quod sine fatigatione quod non est ibi aliqua contrarietas. que dicitur esse causa fatigationis. **C**In ista questione erunt duo articuli. **P**rimo enim videbitur quid sit fatigatio. et que sit causa fatigationis et in quibus reperitur. **S**ecundo respondebatur ad quesitum:

**Q**uantum ad primum sciendum est. quod fatigatio proprie loquendo est diminutio virtutis actiue cognoscitiue per longam actionem: quod quidem virtus diminuta per requiem potest restaurari vel recuperari. **E**t dicitur notanter virtutis actiue ad denotandum quod potentia pure passiva non est fatigabilis. et addit cognoscitiue: ad denotandum quod potentie actiue non cognoscitiue non sunt fatigabiles. unde lapide in descendendo non dicimus fatigari. nec ignem in comburendo: et sic de alijs. **E**t ulterius additur propter longam etus actionem et ad denotandum quod homo non proprie fatigatur si sit factus impotens ex senectute vel egritudine vel ex defectu membri. Sed si fiat impotens vel imminutus potens. quod nimis ambulauit vel nimis vigilauit. dicitur ipsam esse fatigatum. que quidem impotentia vel minor potentia fit propter exhalationem spirituum: quos natura mittebat ad membra laborantia. qui cum exspirauerint membra sunt impotentia: donec tales spiritus per requiem fuerint recuperati: et non solum spiritus. imo etiam humores mittantur ad membra laborantia. et fit quedam inordinatio in corpore propter quam corpus fit minus potens. donec per requiem fuerint spiritus recuperati: et humores ordinati. **C**Tunc fit prima conclusio. nulla fit fatigatio sine actione disponente ad corruptiones. probatur. nulla fit diminutio virtutis sine tali actione. ergo nulla fit fatigatio sine tali actione. consequentia tenet quia omnis fatigatio est diminutio virtutis. per definitionem fatigationis. antecedens probatur. quia si debet esse virtutis diminutio. oportet quod sit alteratio. et per consequens actio corruptiua. **C**Secunda conclusio quod causa fatigationis est contrarietas. patet hoc. quia contrarietas est causa actionis corruptiue. et actio corruptiua est causa fatigationis: ergo similiter contrarietas est causa fatigationis. consequentia patet. per illam maximam. quod quid est causa cause est causa causati. antecedens patet quantum ad primam eius partem primo de generatione. secunda autem pars antecedentis erat conclusio precdens. **C**Tertia conclusio. nulla virtus agens sine resistentia est fatigabilis. patet. quod ibi deficit causa fatigationis. puta resistentia et

contrarietas. **C**Sed diceres contra. sensus agit sine resistentia et contrarietate. et tamen fatigatur. **R**espondetur quod ad cognitionem sensitiuam concurrunt plures actiones. vna est actio obiecti in sensus. alia est ipsamet cognitio. deinde alie sunt ibi actiones concurrentes alteratiue et dispositiue ad corruptionem organi et potentie. **A**d modo licet prime due actiones fiant sine resistentia et contrarietate. tamen vltime actiones non. **E**t ideo bene precditur. quod ex primis duabus actionibus potentia sensitiva non fatigatur. nihilominus ex actionibus vltimo dictis bene accidit fatigatio. imo aliquando totalis corruptio. **C**Quarta conclusio. licet contrarietas sit causa fatigationis. non tamen omnis potentia agens cuius contrarietas est fatigabilis. patet de igne. qui licet agat cum contrarietate. tamen non solemus dicere ignem fatigari. et hoc est ex eo. quia licet contrarietas sit causa fatigationis. non tamen est causa fatigationis sufficiens. sed cum hoc requiritur quod potentia agens cum contrarietate. vel ad cuius actionem concurrat actio contrarietatis sit cognoscitiua. **C**Quinta conclusio. omnis potentia cognoscitiua agens cum contrarietate vel ad cuius actionem requiritur actio contrarietatis est fatigabilis. patet. quod iuxta actionem illius potentie possunt esse sufficientes cause fatigationis.

**Q**uantum ad secundum articulum. sit ista conclusio. quod quilibet motus celi fit sine fatigatione. ista conclusio probatur sic. primo ex parte mobilis. illud mouetur infatigabiliter. quod nullo modo contrariatur motori. nec per se. nec per accidens. sed sic est de celo respectu intelligentie. igitur et c. maior est nota ex precedenti articulo. nam causa fatigationis est contrarietas. et resistentia per se vel per accidens reperta in actione mouentis. vel in aliqua alia pre-supposita. ab actione mouentis. vel ipsam concomitante. minor patet. quia celum omnino ab solutum est a grauitate. leuitate. caliditate. et c. et vniuersaliter ab omni tali qualitate cuius aliquid est contrarium. **C**Secundo celum non resistit motori. ergo motor mouet ipsum sine fatigatione. consequentia tenet ex precedenti articulo. antecedens probatur. nam si resisteret motori. tunc inclinaretur ad quietem vel ad motum contrarium. et si ita esset. tunc iam moueretur violente. sed hoc est falsum ex eo quod tunc nullo modo fuisset tardus sic motus. propter hoc quod nullo violentum diu durat. **C**Tertio arguitur ad idem. et hoc ex parte virtutis mouentis. nam si intelligentia fatigaretur in suo motu quem facit in mouendo celum non posset mouere perpetuo. cuius tamen oppositum probat Ari. octavo physicorum. nisi ipsa esset infinita intensiue. modo hoc est falsum. nam tunc quelibet intelligentia mouens tendens. quod nullus concederet sane mentis. consequentia tenet per hoc. quia si continue fatigaretur continue remitteretur. sed non potest continue remitti. et cum hoc perpetuo mouere nisi esset infinita intensiue. ergo concluditur. quod vel intelligentia non perpetuo moueret celum. vel mouet ipsum sine fatigatione. vel de facto est infinita intensiue. sed primum et tertium sunt impossibilia. ergo secundum est sustinendum. **C**Quarto. virtus mouens celum est indivisibilis. ergo infatigabilis. antecedens patet. 12. metaphysice. consequentia probatur. quia cum fatigatio sit diminutio virtutis. vel saltem dispositiua ad talem diminutionem. et cum indivisibile non possit diminui. sequitur quod indivisibile non potest fatigari. **C**Quinto intelligentia mouens celum est inuariabilis et intrasmutabilis. ideo dicit Aristot. primo huius. talia entia sicut intelligentias non mensurari tempore. ergo intelligentia non potest velle mouere vna vice velocius quam alia. vel tardius. ergo si fatigaretur. et moueret tardius quam vellet esset coacta. et sic non esset libera. quod est contra Aristot. 12. metaphysice.

**A**d rationes ad primum. celum mouetur cum resistentia. negat. ad probationem de mouentibus mere naturaliter. non de agentibus voluntariis. qualis est intelligentia mouens. **A**d secundam confirmationem. negatur consequentia. ex eo quod celum mouetur ab agente voluntario. unde quod dubitat quin potentia mo-

mens voluntaria potest mouere aliquod graue in vacuo sine cessante. non obstat qd moueret sine resistentia nec etiam est simile de graui moto in vacuo a potentia naturali. et de celo moto sine resistentia. qz de natura grauis est esse: et permanere deorsum. sed non sic est de natura celi in aliquo loco permanere: non enim est de natura solis. magis esse in oriente. qm in occidente. et ita qm nis non sit resistentia vel violentia. non tamen oportet qd subito fiat in oriente et in occidente.

**Ad tertiam confirmationem.** dico qd motus diuersi diuersorum orbium non sibi inuicem resistent. nec sunt sibi inuicem contrarij. qz dictum est prius. qd motus circulari inuicem est contrarij. et etiam ex eo qz motus diuersi ipsorum orbium celestium. quorum vnus est versus vnam partem. et alter versus aliam sunt super diuersis polis. et ideo non se mutuo impediunt. **Ad quartam confirmationem.** dico qd hoc non est propter hoc qd superiores orbis plus violententur. sed hoc est propter instantiam superioris orbis. que maior est in orbibus planetarum superioribus qm inferioribus. de hoc postea dicitur diffusius. **Ad quintam confirmationem.** concedo qd vnum corpus simplex non habet secundam naturam sibi appropriatam nisi vnu motum simplicem naturalem. sed cum hoc potest stare qd habet illud et vnu aliud quod tamen non est sibi naturalis nec violentus sed inest ei preter naturam. et est ei impertinens. qz nec ad ipsa sequitur secundam naturam illius orbis. nec ei repugnat. Et quando dicebatur. qd in motibus orbium planetarum sit quidam ratio. dico qd hoc non est bene dictum. licet ad bonum intellectum possit capi. qd in orbibus planetarum recipit influentiam ab orbe supremo regulariter moto ab oriente in occidentem. que quidem influentia mouet tales orbis motu diurno cum hoc qd dicti orbis mouentur motibus proprijs. sed talis motus diurnus. sicut dictum est. non est dictis orbibus naturalis. nec violentus. sed preter naturam. de quo quidem motu preter naturam quod sit. et qualis sit latius dicebat primo huius. **Consimiliter dicat ad confirmationem vltimam.** **Ad secundam principale.** dico qd ibi aliquis est retrogradatio. et non est propter lassitudinem vel fatigationem potentie mouentis. nec propter planetam motu cum resistentia. sed hoc accidit propter aggregationem plurium motuum in vno mobili. **Ad quartam principale.** dico qd Ari. hoc intellexit non simpliciter de omni virtute naturali. sed de omni virtute cognoscitiva. qd per longam eius actionem diminuit. Et sic est finis questionis.

**¶ Necessse igitur terram esse. hec enim gescit in medio. Textu pmen decimioctavi. Questio. x.**

**Tertium**

propositum erat. vtrum illa psequetia sit bona. celum mouetur. ergo necesse est terram gescere. probatur qd no. psequens est falsum. et antecedens verum. ergo psequetia non valet. et antecedens probatur. qz nulla terra necesse est gescere eo qd nulla terrarum necesse est esse. et p necesse est gescere. alia autem pars antecedentis procedit contra ab orbibus. **Secundo affirmatur hoc.** qz possibile est terram moueri. ergo non necesse est ipsa quiescere. psequetia tenet. antecedens probatur. qz possibile est qd plus generetur de granitate ex vna parte qd ex alia. et si sic fieret. ipsa moueret. **¶ Probat tertio qd factum semper mouet.** qz semper granitas ab alia que continue est alia et alia sicut qd sol mouet circulariter super terram. ergo ad hoc quod medium granitatis terre maneat in medium mundi videtur qd oporteat terram semper moueri. si continue alia et alia pars terre efficit lentior. **¶ Secundo ad principale.** oppositum consequentis non interimit antecedens. ergo psequetia non est bona. psequetia tamen ex regula antecedens probatur. qz non sequitur. terra non gescit. er

go celum non mouetur. ex eo qd motus celi est prior naturaliter quiete terre. et ideo ex positione vel remotione quietis terre non sequitur positio nec remotio motus celi. **¶ Tertio si tota terra esset in loco ignis.** ipsa moueret descendendo sicut vult Ari. in littera. et tamen non propter hoc celum desineret moueri. **¶ Quarto si dicta consequentia valeret hoc videretur esse pro tanto qd si terra moueretur. et non quiesceret.** tunc celum non haberet se aliter et aliter ad terram. sed probatur qd non propter hoc. qz licet hoc ita esset. si terra moueretur cum celo ab oriente in occidentem. tamen hoc non sic esset si terra moueretur contra celum. **¶ Quinto deus potest mouere totam terram cum ipso celo.** nec propter hoc celum quiesceret.

**Oppositum** pter hoc celum quiesceret. vult Aristo. in littera.

**Pro ista** questione sciendum est qd cum dicitur celum mouetur. ergo necesse est terram gescere ly necesse potest esse determinatio consequentie. vel potest esse pars consequentis. primo modo esset sensus. hec consequentia est necessaria. celum mouetur. ergo terra gescit. secundo modo esset sensus. ad istam celum mouetur. sequitur ista necesse est terram quiescere. modo in proposito ly necesse debet accipi qd sit nota consequentie. et non pars consequentis. **¶ Secundo notandum est.** qd aliquas consequentiam esse bonam intelligitur dupliciter. vel esse bonam gratia forme. vel esse bonam gratia materie. modo clarum est dictam consequentiam non valere gratia forme. non. n. tenet in omnibus terminis. et ideo in proposito intenditur vtrum sit bona gratia materie. **¶ Et quantum ad hoc sciendum est.** qd plures sunt modi. quibus diuersi volunt ostendere dictam consequentiam valere gratia materie. primus supponit qd hec est necessaria. terra quiescit. secundus supponit qd necessarium sequitur ad quolibet. sicut ex impossibili sequitur quodlibet. Tunc sicut primum modum defendendi dictam consequentiam diceret consequentiam valere gratia materie. virtute duarum dictarum suppositionum. Sed hoc non valet. qz terra quiescere non est necessarium simpliciter. seu non est tale necessarium quod sequitur ad quodlibet. vnde sicut non ex omni impossibili sequitur quodlibet. sed solum ex impossibili implicante contradictionem. seu ex illo quod est impossibile de forma. sicut est copulatum ex partibus sibi inuicem contradicentibus composita. sic et non quodlibet necessarium sequitur ad quodlibet. **¶ Secundo qd hoc non intendit Aristo.** qz sic non magis sequitur terre quiescere ad celum moueri. qd ad sortem moueri. **¶ Secundus modus defendendi dictam consequentiam est iste.** supponit enim qd omne quod mouetur indiget quiescente fixo vt dicit Aristo. in libro de motibus animalium. et ideo si celum mouetur. oportet qd sit talis motus circa aliquod quiescens fixum. quod non videtur aliud qm terra quiescens. **¶ Sed illud adhuc non sufficit.** quia Aristo. in de motibus animalium solum loquitur de motu progressivo. ita qd semper animal in suo motu indiget aliquo appodamento fixo. nec adhuc oportet qd illud quiescat simpliciter. sed qd quiescat. vel moueatur aliter qd ipsum animal quod mouetur. sicut patet de homine qui potest moueri in navi mota. sed quia celum non mouetur motu progressivo. ipsum non indiget aliquo tali appodamento fixo. super quo moueatur. **¶ Tertius modus defendendi dictam consequentiam est supponens qd moueri est aliter se habere qm prius respectu alicuius quiescentis.** ergo si nullam esset quiescens videretur qd celum non moueretur. modo nullus est quiescens. nec ignis. nec aer. nec aqua. respectu cuius motus celi se habeat vniuersim alter et aliter nisi terra. que est in centro. vnde si esset alibi quam in centro celum non describeret equales angulos super eas in temporibus equalibus. ergo necesse est qd illud quiescens respectu cuius celum mouetur. sit in centro. sed illud non est aliud qm terra. nec potest esse aliud. ergo necesse est ipsam quiescere in centro. **¶ Sed iste modus ad hoc non videtur sufficere.** nam ad hoc qd aliquid moueatur. non oportet qd habeat se aliter quam prius ad aliquod extrinsecum. sed sufficit qd habeat se aliter et aliter quam prius intrinsece. vnde si deus moueret totalem mundum

motu recto. sicut est possibile prout dicit articulus parisiensis qd totalis mundus non haberet se aliter et aliter ad aliqd extrinsecum licet bene haberet se continue aliter et aliter in intrinseco. secundo qd in ipso continue esset alia et alia pars motus. **Secundo.** nam sicut astrologos. episcopus mouet circa centrum propriu. in quo qd centro non est aliquod qui escens. sed totu mouetur. ergo non oportet omne motu ee circa aliquod quiescens. **Tertio.** nam si terra moueretur contra motu celi. celi posset se habere aliter et aliter ad terram. et tunc terra non quiesceret. sed moueretur. sed ipsu celu non haberet se aliter ad terram. cu terra moueretur cuz celo ab oriente i occidentem. circulariōe eque veloci. **Quartus** modus defendendi dicta psequentiā. est magis probabilis. et illu approbo. pro quo supponitur primo qd motus celi secundaria intentione tanq ppter finem. est ppter generationem et corruptionem istoz inferioroz. put dicit comentator. **Supponitur** secundo qd si generatio et corruptio sunt necesse est elementa et alia esse. et eo modo quo debent ordinari respectu generatiōis et corruptionis. et pro salute generabiliū et corruptibiliū. **Tunc** arguitur sic. celū mouetur. ergo generationes et corruptiones istoz inferioroz sunt. consequentia t3. p locum ab effectu cause finalis ad causam finale. p primam suppositionem. tunc ultra. generationes et corruptiones istoz inferiorū sunt. ergo elementa et alia sunt. s. requisita ad generationem et corruptionem. et ad salutem generabiliū et corruptibiliū. s3 hoc ē terrā quiescere in medio. sup cuius vna parte aquis discooperta generabilia et corruptibilia. sicut sunt homines. plante. et alia animalia saluatur. ergo terra quiescit. consequentia t3 p secundam suppositionem. ergo a primo ad vltimum. si celum mouetur terra quiescit. **S3** notandus ē qd illud non intelligitur de quiete terre simpliciter. s3 de quiete terre a motu circulari vna cuz celo circulando eque veloci. **Et** sic p3 quomodo ducta consequentia ē necessaria. non simpliciter. s3 supposita generatione et corruptione naturali. et ordine consueto.

**Ad rationes**

Ad primam potest dici. qd semper est eadem terra. saltez vni tate continuationis: eo modo quo dicimus secanam ee modo eundem qui fuit sunt centum anni. licet non sit eadē terra semper idēitate simpliciter dicta quo modo dicimus celum esse modo idem quod fuit sunt centum anni. **Uel** potest dici. qd terra non semper quiescit. licet semper quiescat terra. **Ad** confirmationem secundaz bene concedo qd non est necessarium simpliciter terrā quiescere. licet bene sit necessarium ex conditione. sicut dictum est in questione. vel potest dici. qd semper terra quiescit saltez taliter qd non potest naturaliter multum amoueri de suo loco. licet quando qd moueatur tota. semper tamen ad huc manet in eodem loco vel prope. **Et** per idem respondeatur ad tertiam confirmationem. et aliter potest responderi ad tertiam confirmationem dicendo qd non quecunqz lenificatio ab vna parte facit eaz moueri. et hoc propter aerē resistētē ex alia parte. **Ad** secundaz principale. dico qd illa ratio bñ pbat: qd motus celi non est causa quietis terre nec ecōtra. licet celū et influentia sint cause quietis p influentiam generalē. **Ad** tertiam illa bñ probat dictam consequentiā non ee necessariam simpliciter. sicut dictum est. **Ad** quartam patet ex quarto modo defendēdi dictaz consequentiā valere. **Ad** quintam dico qd bene probat dictam consequentiā non ee bonā simpliciter seu gratia forme. et hoc cōceditur sicut dictum ē. et sic ē finis questionis.

**Quoniam** autē celū tale corpus enī quoddaz diuinū ppter hoc habet circulare corpus qd natura circummoueatur semper etc. **Textu** menti decimiseptimi.

**Questio xi.**

**Quartum**

proposito:um erat. **Utrum** ista consequentia sit bona. celum semper mouetur. ergo necesse ē ipsum moueri pluribus motibz. **Et** arguit qd nō. antecedēs ē v3 et pna falsum. s3 ex vero nō seqt falsuz. ergo di-

cta consequentia non valet. qd consequens sit falsum. patet ex eo qd ipsius celi non sunt plures motus. patet ex eo. nam celum est vnum corpus naturale. vnus autēz corporis naturalis nō est nisi vnus motus naturalis sicut dicebatur primo huius. **Et** confirmatur hec. nam alia simplicia sicut sunt ignis: aer: aqua: terra: non sunt mobilia nisi vno motu naturali. igitur nec celū ē mobile pluribus motibus. **Secundo** supremū celū s3 mouet et tñ non mouet pluribus motibz. ergo pna pposita n̄ valet. **Oppositum** vult Arist. in littera.

**Pro ista**

qōne sciēdi ē qd ad hoc qd dicta cōsequētia valeat non sufficit dicere qd consequentia valeat. qz consequēs est necessarium. et propter hoc sequitur ad quodlibet. sed oportet assignare aliā causam finem processum art. sicut dicebat in priori questione. **Et** ideo sciendum est pro responsione ad questionem. qd celuz motus plurius motibus nō intelligitur de toto celo cathegorice sumpto. sed intelligitur qd vna pars celi moueatur vno motu et alia alio. **Deinde** sciendum est qd Ari. in littera quinqz facit consequentiā principales. **Prima** ē de qua dicebatur in precedenti questione celum semper mouetur. ergo necesse est terram semper quiescere. **Secunda.** necesse est si terra est: ignem esse. **Tertia** est. si duo elementa extrema sunt. necesse est intermedia esse scilicet aerem et aquam. **Quarta** est. si ista elementa sunt. necesse est generationem et corruptionem esse. **Quinta** est. si generatio et corruptio sunt. necesse ē celum moueri pluribus motibus. **Ex** quibus sequitur sexta principalis arguendo a primo ad vltimum. s. si celum semper mouetur necesse ē ipsum moueri pluribus motibus. **Tunc** de bonitate istarum consequentiarum videamus per ordinem. **De** prima visum ē in pcedēti questione **Secunda** autē probatur. si vnum oppositorum ē in natura. et reliquum. modo ignis et terra sunt contraria s3 suas qualitates. ergo si terra ē ignis ē. **Secundo** si vnum extremum ē aliud ē: ita qd si deorsum ē sursum ē. et impossibile ē qd locus sursum sit vacuum. et illud quod ibi ē naturaliter ē leue sicut ignis. ergo si terra ē deorsum ignis ē sursum. **S3** diceret aliquis. videtur qd non oportet qd si vnum contrariorum sit in natura. qd reliquum sit vel possit ee. nam plenum et vacuum sunt contraria. et tamē non oportet si plenum sit. qd ergo vacuum sit vel possit ee. **Similiter** finitum et infinitum sunt contraria. et tamē non oportet si finitum sit. qd ergo infinitum sit vel possit ee. **Secundo** diceret aliquis. nam videtur qd ignis et terra non sunt contraria: nam igni contrariatur aqua. ergo si cum hoc sibi contrariaretur terra. tunc vni plura eēt contraria. modo hoc ē falsum. nam tantum vnam vni opponitur. p Ari. 10. meta. **Ad** ista. **Ad** primū dico qd plenus et vacuū non sunt contraria. s3 sunt priuatiue opposita. ita sicut nec finitū et infinitū. **Ad** secundū dico qd nō ē inconueniēs vni plura ee contraria sicut dicitur a quibusdam qualiter ē in proposito. **Tertia** cōsequētia probatur. s. si terra et ignis sunt. alia elementa intermedia sunt. **Primo** si vni cōtrario rū ē in natura. reliquū ē i natura. modo ignis principalit contrariatur aque. et terra aeri. vt p3 scdo de generatione. nam sicut arguit ibi. qualitates prime. s. caliditas. frigiditas. et humiditas. et siccitas. sex modis possunt cōbinari. quoz duo sunt impossibiles: et alij quatuor sunt possibiles. scdm quos accipit numerus quatuor: elementoz. q sunt terra. ignis. aer. et aqua. s. duo extrema: et duo intermedia. **Tertio** posset adduci p hoc rō platonicoz. qui imaginant qd duo elementa. extrema. s. ignis et terra. sint sicut duo numeri cubici. s3 necessario inter quoscunqz tales duos numeros sunt duo numeri medijs ppositiōales. qui videtur ee cōtradiētes duo bus elementis medijs. **Quarta** pna pbat. qz si quatuor elementa sunt. gnatio et corruptio sunt. qz sunt tria scdm suas qualitates. ergo alterabilia. et cōciantia in materia. ergo gnabilia et corruptibilia. cu alteratio sit pp gnationem. sicut p3 primo d gnatione. **Quinta** pna probatur. s. si gnatio et corruptio sunt. necesse ē celuz moueri pluribus motibz. supponēdo qd isti motus inferiores depēdent a celo moto. licet non a motu celi. sicut p3 primo methuro:um. et scdo

de generatione: et per experientiam, sed ad cansandum generationes et corruptiones specierum non sufficeret unum motum celli, imo necessarium requiritur cum motu diurno motus solis et planetarum in obliquo circulo, aliter non fierent hyemes, estas et mutationes temporum, nec per consequens generationes et corruptiones, eo modo quo fiunt, ergo si generatio- nes et corruptiones istorum inferiorum sunt et debent fieri modo consueto oportet quod celum moueat pluribus motibus. **C**um pbatur sexta consequentia, arguendo a primo ad ultimum sic, si celum semper mouetur, necesse est terram semper gescere, et per consequens semper esse, sed si terra est, ignis est, et si terra et ignis sunt, elementa intermedia, scilicet aer et aqua sunt, sed si quatuor elementa sunt, generationes et corruptiones diuerse sunt, et fiunt in istis inferioribus, sed si generationes et corruptiones diuerse sunt, et fiunt in istis inferioribus, necesse est celum moueri pluribus motibus, ergo de primo ad ultimum, si celus semper mouetur, necesse est ipsius moueri pluribus motibus per illam regulam, quando ad aliquod antecedens sequitur consequens, quod sequitur ad consequens sequitur ad antecedens. **S**ed diceretur quod consequentia predicta non sunt formales nec similes, sed tenent et pbant per diuersa media, ergo in talibus non valet arguere de primo ad ultimum, sicut potest exemplificari sic arguendo, si nullum tempus est, dies non est, si dies non est, nox est, et si nox est, aliquid tempus est, non tamen sequitur a primo ad ultimum nullum tempus est ergo aliquid tempus est. **R**espondeatur quod omnis consequentia de primo ad ultimum est bona, si intermedia sunt regulata consequentiarum, si aliquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens. **A**duertendum tamen quod illa consequentia de primo ad ultimum nunquam est melior vel formalior: quam sit debilio: illarum intermediarum, ita quod si aliqua illarum sit vitiosa: vel materialis, tunc illa de primo ad ultimum erit vitiosa: vel materialis. **E**t causa est, quia tenet in virtute illius intermedie, vel intermediorum si plures sint. **T**unc ad illud exemplum quod adducebatur, si nullum tempus est, dico quod primum antecedens, vel est possibile vel impossibile, si nullum tempus est, si est possibile, tunc illa consequentia intermedia non valet, dies non est ergo nox est, et ideo non mirum si etiam illa a primo ad ultimum non valeat, nullum tempus est, ergo aliquid tempus est. **S**i autem primum antecedens est simpliciter impossibile, scilicet nullum tempus est, tunc consequentia intermedia sunt bone, et etiam a primo ad ultimum, scilicet nullum tempus est, ergo aliquid tempus est, cum ad impossibile simpliciter sequatur quodlibet, sicut in logica demonstratur adduci.

**A**d rationes. **A**d primam dico, quod vitiosus ipse celli sunt plures motus, non sunt diuersas eius partes, nec huic obstat quin unius corporis simplicis sit unus motus naturalis simplex, imo quod plus est aliquid celum omnino idem in numero, scilicet aliquis orbis potest moueri simul pluribus motibus, verum est tamen quod non ambo sibi insunt naturaliter, sed unus est sibi naturalis, et alter est sibi impertinens. **E**t quando dicebatur, alia simplicia, sicut elementa non mouentur pluribus motibus, dico quod non est simile de motu illorum et de motu celli, propter hoc quod plures motus recti non possunt adinueniri commisceri in eodem mobili, et hoc propter eorum repugnantiam, et contrarietatem: sed bene plures motus circulares adinueniri in eodem mobili commisceri. **A**d secundam illam pbatur quod prima proposita non est formalis, cum quo tamen bene stat, quod est bona gratia materie. **Q**uod quidem igitur generationem esse necessarium ex his manifestum: si autem generationem necessarium et aliam esse rationem aut unam aut plures etc. **T**extum vigesimum. **Q**uestio. xii.

**A**ntum proposito: erat, vitiosum ista consequentia sit bona, si necesse est generationes, et corruptiones esse hic inferioribus, necesse est esse, plures motus celestes. **E**t arguitur quod non, si celum quiesceret, adhuc hic inferioribus essent generationes et corruptiones, ergo ad hoc

quod plures sint generationes: et corruptiones hic inferioribus, non oportet esse plures motus celestes: et per consequens consequentia proposita non valet, consequentia tenet, antecedens probatur, nam quantumvis celum quiesceret, adhuc contraria sicut ista inferiora puta elementa essent adinuenire applicata, et per consequens agerent in se: vel inter se, et illud quod esset fortius corrumpere illud quod esset debilius: talis enim est contrarium natura, quod sunt adinuenire actiua et passiua si fuerint adinuenire applicata, nec apparet quid prohiberet quin combureretur et corrumpere stupida, si ei applicaretur ignis non obstante quod celum quiesceret. **S**ecundo supposito quod celum nunc inciperet quiescere non propter hoc animalia et plante que modo sunt semper manerent, sed si non semper manerent aliquando corrumpere: sed quando corrumpere, ex eis alia generarentur, cum corruptio unius sit generatio alterius, primo de generatione, propter hoc quod materia non potest esse sine forma, ideo non obstante quiete celli: adhuc fierent generationes et corruptiones in istis inferioribus. **T**ertio celum non agit in ista inferiora solum per motum, imo etiam per lumen, et influentiam, ideo licet motus a celo auferretur: tamen adhuc ipsum ageret in ista inferiora per suum lumen et influentiam, et ita per illam actionem possent hic inferioribus aliqua generari et aliqua corrumpi. **Q**uarto posito quod celum uniuerso motu moueatur, adhuc per illum uniuersum motum applicaretur nobis successiue planete frigida et calida, et sic successiue generaretur apud nos modo caliditas, modo frigiditas, sicut videmus per motum solis diurnum, in die est nobis calor, et in nocte est nobis frigus.

**O**ppositum vult Aristoteles, hic, et etiam in secundo de generatione. **E**t arguitur sic ratione, in essentialiter ordinatis remoto priori remouentur posteriora: sicut patet secundo metaphysice, sed intelligente primo, et consequenter corpora celestia secundario, et deinde ista inferiora sunt agentia subordinata, ergo remoto motu: et actione celestium vario: remouentur varij motus et actiones in istis inferioribus: que apparent modo fieri, et per consequens si in istis inferioribus debent fieri varie generationes et corruptiones generabilium, et corruptibilium, videtur quod oporteat esse varios et diuersos motus celli. **S**ecundo eorundem generationes et corruptiones sunt contrarie, ergo oportet quod a causis contrariis pueniant, et sic cum ista inferiora regantur per superiora, puta per corpora celestia sicut ostensum est primo methaphysice, oportet generationes illas et corruptiones esse a contrariis agentibus celestibus contrariis, saltem virtualiter, id est non formaliter, et oportet successiue illa nobis applicari, ita quod unum post alterum, sic videlicet quod illud quod per unum contrariorum est generatum, per alterum corrumpatur, et ista successiue applicatio non potest esse, nisi per motum celli, ergo sine motu celli non essent hic generationes et corruptiones, nec sufficeret unum motum, quod tunc omnes dies naturales essent adinuenire pfectes et corpora celestia sibi se haberent ad nos, id est hodie die bene essent adinuenire dissimiles: essent enim dissimilitudo quam sol esset in meridie, et quam esset in angulo noctis, et sic ex unico motu celli non viderentur puenire generationes et corruptiones tales tam vario modo, quales nunc apparent fieri si celum non moueretur pluribus motibus. **T**ertio, si non esset motus celli, non esset tempus, quod tempus est motus celli, vel passio eius, scilicet motus primus ut patet quarto physice, sed si tempus non esset, nullus motus vel mutatio esset, quod necesse est omnem motum et mutationem esse in tempore, sicut patet quarto et sexto physice, sed si nullus esset motus neque mutatio nulla esset generatio et corruptio cum generationes et corruptiones, sint mutaciones, quanto physice. **P**ro ista quodone premissa est prima suppositio, deinde ponenda sunt rationes.

**S**uppositio sit ista, quod celum agit in ista inferiora triplici instrumentum, scilicet motu, lumine, et influentia. **A**d motum quidem, nam trahit ignem secum una cum aere exiit ultra motus altissimos sicut patet modo methaphysice, et lumine etiam sicut patet ad experientiam, nam suo lumine calefacit ista inferiora, influentia etiam, quod in profundo terre vbi non attingit motus celli nec lumen, generantur quedam metalla, et hoc est mediante influentia celli, que est quedam qualitas

spiritualis in medio: sicut species albedinis vel nigredinis: que qualitas non est per se sensibilis.

**Tunc** sit prima conclusio. si celū cessaret a motu stāte lumine & influentia. adhuc in istis inferiorib⁹ multi fierent motus & mutationes. & gnationes & corruptiones. probatur. qz ablato motu celi: sed stante lumine & influentia. adhuc sol calefaceret ista inferiora: & ipsi⁹ celus influeret in ista inferiora. mediantibus quibus. s. lumine & influentia adhuc in istis inferioribus fierēt gnationes & corruptiones. **Secundo** sicut prius arguebat. si celus modo inciperet quiescere. non ppter hoc animalia & plante. que modo sunt. manerent perpetua. & sic aliquando corrūperentur. & alia ex eis generarentur. & sic adhuc fierent gnationes & corruptiones. **Secūda conclusio.** si celum cessaret a motu. non tamen a lumine & influentia. adhuc eternaliter fierent gnationes & corruptiones. alterationes. & motus locales. imo generationes. & corruptiones hominum. animalium. & plantarum. patet. qz licet sub sole esset nimia caliditas. & essent omnia vstibilia vsta. & ex opposito esset nimia frigiditas. tamen in quadris medijs esset temperamentū medianū. & habitatio cōueniens pro salute plantarū & animalium. **Probat** hoc idēz. quantū ad generatioes elementorū. s. qz perpetuo fierent generationes. & elementorūz adinuenim. qz sub sole cōuerterent omnes aque i aerem: vel in ignem. & pportionaliter ex opposito. ppter frigiditatem sibi existentem: ignis & aer corrūperent. & cōuerterent in aquā. & tunc aqua ibi valde angeretur. modo naturale est qz aqua vbi est elenatioz moueat ad locū declinatorēz. & ideo illa aqua cōtinue moueret circa terrā ad locum existentem sub sole. & ille aer vel ignis generat⁹ sub sole moueretur etiam ad partes oppositas. & semper aqua sic veniens sub sole iterū cōuerteretur in aerem. & aer vādens ad oppositū cōuerteretur in aquā. Istas cōclusionēz pono cōtra aliquos. qui dicunt qz cessante motu celi: nō tamen influentia & lumine: per aliquod tempus fierent motus & mutationes. s. generationes & corrūptōes in istis inferioribus. sed tandem sicut dicunt ipsi: omnia ista inferiora cessarent ab huiusmodi motib⁹ & mutationib⁹. verbi gratia. ponam⁹ qz sol modo sit supra nos. & planete frigidī sint ex opposito. & qz celum de cetero non moueatur: tunc dicunt ipsi. qz sol omnia hic existentia calefacit ad summūz. & ex opposita parte planete frigidī omnia frige faciunt ad sūmum. & aliquādo. sicut dicunt ipsi. iste calefactiones & infrigidationes terminabunt. cum nulla alteratio possit esse ppetua. sicut patet per Aristo. octauo physicorū. & sicut dicunt de calefactione & infrigidatione. ita dicerent pportionaliter de humectatione & de exiccatione. & de alijs alterationib⁹. qz sic finaliter cessarent omnes alterationes. nec amplius fierent generationes & corrūptōes. **Breviter** falsitas istī patet per cōclusionēz secundā & pbationē eius. & etiaz solutio motui istorū sic opmāntiam patet volenti p̄siderare. **Tertia conclusio.** cessante motu celi. non tamen lumine et influentia. licet fierent generationes & corruptiones in istis inferioribus. aliter tamen fierent qz modo fiant. nec ita vario modo fierent. sicut modo fiant. p̄ hoc. ex eo qz sol & ceteri planete nō diuersimode applicarent istis inferioribus sicut modo applicant cum celum mouetur. **Quarta conclusio.** si celum nō moueretur nisi vnico motu. adhuc fierēt generationes & corruptiones in istis inferioribus. pbatur. qz nō minus fierent qz si celum quiesceret. sed si celum quiesceret dicte mutationes adhuc fierent. sicut dicit sc̄da conclusio. **Quinta conclusio.** & ista est pro intētionē Aristo. in littera. si celum non moueretur nisi vnico motu. non fierent generationes & corruptiones tam elementorū qz aliorū sūm illam ordinem. & sūm illa loca. sūm quem ordinē. & sūm que loca apparent nobis esse. & pmanere in hoc mundo. pbatur qz nō essent applicationes agentium celestium ad hoc sufficientes. **Ex** hoc sequit̄ sexta conclusio respōsalis ad questionem. qz si debent generationes & corruptiones in istis inferioribus fieri & pmanere sūm ordinem. & sūm loca sūm que apparent fieri & pmanere. necesse est celum moueri plurib⁹ motib⁹. s. motu diurno. & motu obliquo. qui mot⁹

obliquus est planetarū sub zodiaco. patet. nam sūm hoc sol & alij planete aliquando accedunt ad nos. & aliquando recedunt a nobis. & faciunt nobis diuersitatem temporum. sicut licet hyemem. & estatem. & diuersitatem generationūz. & corruptionūz in istis inferioribus.

**Ad rationes** Ille rōnes que posite sunt ante oppositūz sunt pro nobis. Alie autem ad oppositū adduce videntur esse contra nos. & ideo ad istas dicatur. **Primo** quidem ad auctoritatem Aristo. quid sit dicendū patet ex quinta cōclusionē. **Deinde** ad primam rationem post hoc factam que arguebat de agentibus subordinatis. nos dicerem⁹ qz nulla esset simpliciter necessaria subordinatio agentium. nisi ad ipsūz deū. vnde ita deus si vellet potest cōburere ligna. si non essent corpora celestia sicut si essent. **Ad secundam.** illa probat sextam cōclusionē. **Ad tertiam** que fiebat de tempore dico qz nullus motus dicitur tempus nisi pro quanto vti mur ipso ad mensurandum alios motus. & ideo si nō esset motus celi. possemus vti vno alio motu pro tempore. sicut faciunt aliqui aliquando non videntes celum propter nubes. vtuntur operationibus suis pro tempore. dicentes tūm operatus sum. tempus est prandendi. ecce illi sua operatio ne vtant⁹ pro tempore. sed qz cōmunitur vtuntur motu celi pro tempore huius causa est. quia inter omnes motus ipse est regularissimus. & omnibus notior. & cōmunitior. de quo videndū est in q̄to physicorūz. Et sic est finis questionis.

**De motu autem ipsius quia regularis est et nō irregularis: deiceps vtiqz dicitur erit p̄rāsi re &c. Textu cōmēti trigēsimi q̄nti. Dō. xiii.**

**Extum** propositiorum erat. Vtrū motus celi ab oriente i occidentem sit regularis hic vnum supponitur: & aliud queritur. supponitur enim qz celum mouetur. quo supposito queritur vtrum motu regulari.

**Contra** suppositum arguitur sic. terra mouetur ab oriente in occidentem. ergo celum nō sic mouetur. imo quiescit. consequentia probatur. quia si ambo mouerentur ab oriente in occidentem cōtinue. idēz punctus celi eandem punctum terre eodem modo respiceret. saltez si sic mouerentur eque velociter. quod est falsum. primo ad experientiam. nam tunc sol nobis non oriretur nec occideret. postqz semper eandem partem terre eodem modo respiceret. nec etiam tunc fierent generationes & corrūptiones in istis inferioribus. sūm illam ordinem & sūm illa loca. sūm que apparent fieri. antecedens probat. quia ignis mouetur ab oriente in occidentem: & aer similis. ergo & terra cum aqua. cōsequētia tenet. nam nō videtur esse maior ratio neqz minor de istis qz de illis. antecedens patet per Aristo. primo methuroz. Et probatur etiaz ratione. nam visum est qz comete que generant in suprema regione aeris mouent ab oriente in occidentem. talem autē motum non vident habere ex se. sed ratioe p̄tinentis. puta aeris in quo sunt tanqz in loco. ergo taliter non mouerentur nisi aer sic moueret. **Secundo** adhuc cōtra suppositūz. si celum moueretur hoc esset motu locali sed hoc est falsūz cum celū non sit in loco. **Arguitur** tertio. adhuc posito qz celum esset in loco non moueretur localiter. probō sic. nam cōtinue maneret in illo loco non mutando illum nec sūm se nec sūm suas partes. qz nō sūm se patet. qz nō sūm suas partes probatur. naz medietas celi que est ex vna parte equinoctialis ita cōtinue maneret in eodem loco sicut medietas celi que est ex alia parte equinoctialis.

**Deinde** arguitur ad questionē. motus celi est naturalis. ergo motus celi non est regularis antecedens notum est de se. & psequētia pbatur. qz motus naturalis est in fine velocior: qz in principio. sed talis motus non est regularis. ex eo qz motus regularis ex quo q̄tam ad suas partes in equalibus partibus tēporis equalia p̄teantseunt spacia. talis autē nō est velocior in fine qz in principio. sed eque velox & in principio & in fine. **Secūdo** alique

partes celi mouentur velocius & aliq̄ue tardius. ergo tota  
 ille motus celi videtur esse difformis. & per se sequens non  
 regularis. & sequētia tenet. antecedens pbatur. nam partes  
 celi prope polos mouentur tardius q̄ partes celi prope eq̄/  
 noctialem. q̄d patet. q̄ in equalibus temporibus minores  
 circulos describunt. Tertio. stelle deferunt in celo tāq̄  
 infire ei. & ideo si stelle mouentur irregulariter tunc etia; celū  
 mouetur irregulariter. sed stelle mouentur irregulariter.  
 patet de luna & alijs planetis. qui aliq̄n mouentur velocius &  
 aliq̄n tardius. ppter q̄d astrologi dicunt planetas eē aliq̄n  
 directos. aliq̄n retrogrados. aliq̄n stationarios.

**Oppositum** pbat Aristo. in littera. In ista  
 questione primo exponēdi sunt  
 quidam termini. Secō videndū est de supposito in q̄ōne.  
 Tertio videndum de quesito.

**Quantus** ad primum. sciendū est q̄ differentia  
 est inter motum regulārē & vniformē:  
 nam vniformitas motus attenditur quantū ad partes mo/  
 bills. ita q̄ ille motus dicitur vniformis quo mouet aliq̄d  
 mobile. cui vna pars mouetur ita velociter sicut alia. sicut  
 si lapis aliquis descēderet. nō obstante q̄ ille motus in fine  
 esset velocior: q̄ in principio. tamen diceret vniformis s̄m  
 pprijs significatione; vocabuli. ex eo q̄ vna medietas illi  
 lapidis descēderet ita velociter: sicut alia. Ad motus autem  
 dicitur difformis cuius vna pars mouetur velocius & alia  
 tardius. sicut esset motus rote. partes enim eius circa axes  
 non mouentur ita velociter sicut partes circa circūferentia;.  
 licet bene ille partes eque velociter circūat. Et ideo nō est  
 incōueniens aliq̄n motū esse motū; difformē. & tamen  
 esse circūlationē vniformē. Penes enī aliud attendit ve/  
 locitas motus. & penes aliud velocitas circūitōis. vnde illi  
 motus dicuntur esse eque veloces. quibus in equalibus par/  
 tibus temporis equalia spacia linearia p̄transeunt. S; ille  
 circūitōes dicuntur esse eque veloces. quibus ipsa corpora  
 circūitā in equalibus partib; temporis equalia spacia describūt  
 angulos circa centrū q̄d circūit. Regularitas autē motus  
 attenditur ex parte temporis. ita q̄ motus ille dicitur regu/  
 laris quando ipsa; mobile mouetur eque velociter in vna  
 parte temporis sicut in alia. sed ille motus dicitur irregula/  
 ris quo mouetur aliquod mobile q̄d i vna parte mouetur  
 velocius & in alia tardius. Verūtamen sciendū est q̄ aliqui  
 distinguunt de vniformitate motus. dicentes q̄ pōt antēdi  
 vel ex parte partū; mobilis. vel ex parte partū; temporis.  
 Vniformitas primo modo dicta est omnino eadem cum  
 vniformitate distincta p̄tra regularitatem. sed vniformitas  
 scōdo modo dicta est eadem cum regularitate. Sed illi non  
 vniunt ita proprie vniformitate sicut nos vniunt s̄m dictas  
 descriptiones. Alterius sciendū est q̄ nō est incōueniens  
 aliq̄n motum esse vniformē. & nō esse regulārē patet de  
 motu grauis deorsum in medio vniformi. q̄d mouet vn/  
 formiter. q̄ vna eius pars mouet ita velociter sicut alia. et  
 tamen nō mouetur regulariter. q̄ mouetur in fine veloci/  
 q̄ in principio. Similiter nō est incōueniens aliq̄n motū  
 esse regulārē. & tamen nō esse vniformē: p̄ de rota que  
 in equalibus partibus temporis equalia spacia describeret  
 talis enim motus rote esset regularis nō tamen vniformis  
 postq̄ partes illius rote centrales nō mouerent: ita velo/  
 citē sicut partes circūferentiales. Similiter sciendū est  
 tertio. nō esse incōueniens aliq̄n motū; simul esse vniformē  
 & regulārē. sicut si aliq̄d graue descēderet in aliquo me/  
 dio sic p̄portionato ex parte resistentie. q̄ illud graue i eq̄/  
 libus partibus temporis equalia p̄tranfret spacia. tūc enī;  
 motus illi; grauis eēt vniformis & regularis simul. Ali/  
 terius sciendū est q̄ in celo motus potest dici simplex. vel  
 cōpositus. & vocatur motus circularis simplex. q̄ est vn/  
 mobilis cōtinuū. & sup eosdē; polos. & ab vno motore cir/  
 cūscripto omni motu p̄terq̄ super illos polos. Sed  
 motus cōpositus dicitur resultans ex aggregatione plurimū;  
 motū; simplicū; i eodē; mobili sup diuersos polos a diuer/  
 sis motoribus. Et iste motus cōpositus in ipsis planetis est  
 ille qui nobis apparet. Simples autē non apparent no/  
 bis distincti ab inuicē; nisi per ratiocinationē. Ista notata

valebunt nobis ad tertium articulum huius questionis in  
 quo respondebitur ad quesitum.

**Quantum** ad secundum. sciendū est q̄ qdā  
 antiquorum erant talis opinionis q̄  
 terra moueretur ab occidente in orientem. complendo in  
 die naturali vnam circūlationem: & q̄ celum quiesceret. et  
 per hoc crediderunt posse saluare apparentia illa que nos  
 saluamus ex motu celi. sicut q̄ sol aliquando est nobis in  
 oriente. aliquando in medio celi: aliquando in occidentē. ali/  
 quando in angulo noctis. credentes terram se habere sicut  
 assaturam. & solem sicut ignem assantem. modo sicut ignis  
 non mouetur circa assaturam. sed assatura mouetur circa  
 ignem. ita dixerunt solem non moueri circa terram. s; ma/  
 gis terram circa solem. ppter hoc q̄ terra indiget sole. et nō  
 econuerso. Quantum ad opinionem istā; pono aliquas  
 cōclusiones. quarum prima sit ista. q̄ terra non mouet ab  
 occidente in orientem motu diurno. nec econuerso. pbatur.  
 nam si sic sequeretur q̄ esset difficilius ire contra occidentem  
 q̄ contra orientem. quod est contra experientiam. pbatur  
 cōsequētia. nam ex quo terra mouetur ab occidente ver/  
 sus orientem. et aer cum ea simul. tunc qui ambularet con/  
 tra occidentem haberet aerem contra se motum. qui autē;  
 contra orientem moueretur cum aere moto: sed difficilius  
 esset moueri contra aerem motū; q̄ cum aere moto. Sec/  
 cundo similiter sequeretur ppter eandem causam q̄ diffi/  
 cilius esset p̄iicere lapidem contra occidentem q̄ contra  
 orientem. Tertio sequeretur. q̄ aues non possent bene  
 volare contra orientem. quia aer insequens tantū; elenaret  
 p̄nas earum q̄ non possent bene volare. vnde videmus  
 q̄ aues non volant cum vento: sed cōtra ventū;. Quarto  
 sequeretur. q̄ proiectum directe sursum non econuerso ca/  
 deret ad locum a quo incepit moueri. q̄d est falsum. conse/  
 quētia tenet. naz interit q̄ graue p̄iiceretur sursum terra  
 vltimis moueretur. & sic in descēdēdo directe nō; eaderet  
 super partem terre sibi suppositā; tunc cū; incepit moueri.  
 Secunda conclusio. si terra sic moueretur ab occidente  
 in orientem. bene possemus ex hoc saluare aliqua que no/  
 bis apparent ex motu celi: sicut ortum & occasum solis et  
 stellarum. patet hoc: nam sicut iam sol nobis in termino  
 nostri orizontis existens continue ascendit plus & plus sa/  
 per nostrum orizontem vsque ad medium celi. et tunc  
 ad occidentem: et tunc ad angulum noctis mouetur. ita  
 si sol quiesceret: et terra moueretur ab occidente versus  
 orientem. & nos vna cum ea. sol continue magis nobis. &  
 magis elenaretur tādū; q̄ appareret in medio celi. & tunc  
 per vltiorem motum celi appareret nobis declinare ad  
 occidentem. & sic tandem iterū; appareret nobis in orie.  
 Tertia conclusio. non omnia apparentia in celo possent  
 saluari per quietem celi. & talem motum diurnum terre.  
 pbatur. nam per quietem celi & motum talem diurnum  
 terre non possent saluari oppositiones. & cōiunctiones pla/  
 netarum. & distantie eorum aliquando maiores. & aliquando  
 minores a stellis fixis. vnde ad saluandum ista oportet po/  
 nere celum moueri. Quarta conclusio. celum continue  
 circulariter mouetur ab oriente ad occidentē; per meridiē;  
 redeundo ad orientem per angulum noctis. pbatur per  
 duo signa. primum est. non videmus q̄ stelle que primo  
 apparent in ortu postea apparent in occasu: sed hoc nō; pōt  
 saluari per motum terre diurnū; sicut dixit prima cōclusio.  
 ergo oportet q̄ hoc saluetur per motum celi: vel per mo/  
 tum stellarū; in celo quiescente celo. si dicatur primum ha/  
 beo p̄positum. si dicatur s̄m hoc non potest esse. naz tūc  
 celum esset sensibile & diuisibile. sed hoc est falsum. naz tūc  
 esset corruptibile. q̄d est p̄tra determinata primo hui; cō/  
 sequētia tenet ex eo q̄ stelle mouerentur in ipso ipsū; scin/  
 dēdo. sicut pisces mouentur in aqua diuidēdo aquam.

**Quantum** ad tertium articulum sit prima cōclusio  
 ista. q̄ mot' ipsi; celi nō; est vniformis. pbat ex eo q̄ nō; oēs; p̄tes celi mouentur eque veloci/  
 ter. p̄tes enī; celi circa egnociales mouentur veloci' q̄ par/  
 tes celi circa polos. ex eo q̄ i eq̄lib; partib; tēporis maioris  
 spaciū; lineale describunt. puta maiorem circūferentia; circa

axem mundi, consequentia tenet per definitionem motus uniformis. **C** Secunda conclusio, nullus motus simplex in celo est irregularis, ita qd nec celū, nec aliquod astrū nec alia pars celi mouetur velocius in vno tempore qm in alio, et hoc motu simplici, s. circūscriptis alijs motibus. Et hoc probat Aristo, sic primo qd omnis motus qui aliquādo est velocior aliquando tardior, vel ille est velocior in principio sicut est motus violentus, vel ille est velocior in fine sicut est motus naturalis grauium et leuium, vel est velocior in medio sicut est motus animalis, sed motus celi nec est velocior in principio nec in fine nec in medio, cum nec habeat principium neqz finem neqz medium, ppter sui eternitatem et celi sphericitatem in quo nec est assignare principium neqz finem neqz medium. **C** Secūdo qd irregularitas motus non pot venire nisi ppter mutationem mobilis aut motoris, modo mobile puta celus est inalterabile, Similiter motor mouens celum est immutabilis sicut intelligentia, ergo non est vnde potest velocitas celi variari. **C** Tertio, si motus celi nō est regularis, sed irregularis, s. aliquādo velocior, et aliquādo tardior, vel ergo veniret cōtinue retardando, et tunc si hoc esset pportionaliter tam quiesceret, ex eo qd ab eterno venisset retardando, vel cōtinue velocitādo, et tunc si hoc eēt pportionaliter tam moueretur subito, eo qd ab eterno fuisset velocitatum plus et plus. Si autem dicatur qd venisset retardando et velocitādo alternatim, hoc modo potest eē ex eo qd motor mouens ipsum est immutabilis. Ex ista conclusione patet responsio ad questionem. **C** Tertia conclusio motus celi simplex est circūlatio uniformis, non obstat qd non est motus uniformis quē admodū dicit prima conclusio huius articuli. Probatur: nam ex quo motus celi simplex est regularis, tunc partes eius in equalibus partibus temporis equales describunt angulos circa axem mundi, et hoc sufficit ad hoc qd aliquis motus sit uniformis. **C** Quarta conclusio, motus in celo vel in aliqua parte eius cōpositus ex pluribus potest esse irregularis, patet hoc de motibus planetarum, qui aliquando mouentur velocius, aliquādo tardius per aggregationem plurium motuum in suis orbibus in tantū qd astrologi sicut arguebatur ante oppositū dicunt eos esse aliquando retrogrados, aliquando stationarios, aliquando directos, aliquando processivos.

**Ad rationes**

ad primā, nego qd terra mouetur ab oriente in occidentem, et qd dicebatur de igne et aere super altissimos montes, bene cōcedo qd moueant vna cum celo ab oriente in occidentes, qd sunt ita ppe celū qd virtute influētie celestis possunt sic moueri, sed hoc non oportet de terra ppter magnam eius distantiam a celo. **C** Ad secundā dico qd sepe prius dixi, qd motus totius celi vel celi vltimi nō est localis, ex quo vltimum celum non est in loco, bene tamen est eiusdem speciei cum motu locali, et Auzena vocat talem motum finem situm et non finem locum. **C** Ad tertiam, illa bene probat qd celum non mouetur motu recto: cum quo bene stat qd mouetur motu circulari, nec est inconueniens aliquid moueri motu circulari et continue finem se totum cathogorematicē non mutare locum: sed sufficit qd mutet locum finem suas partes, vel mutaret si esset in loco. **C** Et quando dicebatur videtur qd celum adhuc si esset in loco nō mutaret locum finem suas medietates, quarū vna est ex vna parte equinoctialis: et alia ex alia, hoc cōceditur qd finem talem diuisionem eius in partes non mutaret locum cum quo tamen stat qd mutaret locum finem partes eius assignatas finem aliam diuisionem, vt si imaginaremur celum diuidi finem coluros, tunc nō est dubiū qd celum mutaret locum finem tales partes, et hoc si celus esset in loco, finaliter ergo dico nō esse inconueniens aliqd mobile mutare locum finem partes assignatas finem vnam diuisionem, et non mutare locum finem partes assignatas finem aliam diuisionem, sic ergo solute sunt rationes in quibus reprobatu suppositum in questione.

**Beinde**

respondetur ad rationes factas ad questiones. **C** Ad primā dico qd non oportet omnem motum naturalem in fine esse velociorem, s. solus hoc est verum de motu naturali locali recto, gratia cuius

tractabo septimum propositorum. **C** Ad secundam, illa bene probat qd motus celi nō est uniformis, cum quo bene stat qd est regularis. **C** Ad tertiam illa vadit pro vltima conclusione secundi articuli. Et sic soluta est questio.

**C** Neqz velocius vtriusqz in fine ferretur si vi et extrusione, omnia enim a vim inferente longius facta tardius feruntur, et vnde vi illuc feruntur non vi et c. primo celi. **T**extu pmenti octuagesimi noni.

Questio. XIII.

**S**eptimum propositorum erat, qd dixi esse incidentale, vtrum omnis motus naturalis sit velocior in fine qm in principio. **C** Videtur primo qd non, quia motus celi est motus regularis per precedentem questionem, ergo nō est velocior in fine qm in principio, et tamen

est motus naturalis, qd nec violentus nec preter naturam, et etiam quia est a principio intrinseco, ergo non omnis motus naturalis est in fine velocior qm in principio. **C** Secūdo qd augmentatio est motus naturalis: et tamen non oportet qd in fine sit velocior qm in principio, imo vt plurimū accidit qd sit motus naturalis, patet per Aristoteles in oppositum, qd sit motus naturalis, patet per Aristoteles in primo de generatione, et in secūdo de anima. **C** Similiter arguitur de alteratione, nam multe sunt alterationes naturales que in fine nō sunt velociores. **C** Tertio, nam sit vniū mixtū habēs duas libras de igne, et duas de aere, duas de aqua, octo de terra, et sit in cōcavo orbis lune, tale mixtum descendendo cōtinue tardatur in suo motu, ex eo qd ptime resistētia augetur, et potentia motiua diminituit, patet hoc ex eo, nam dum tale mixtum est in cōcavo orbis lune, trahunt tam terra qd aqua qd aer deorsum, sed quando hoc pertingit ad aerem, aer non plus trahit deorsum: sed tunc solum trahunt aqua et terra, qd aer in sphaera aeris nō trahat patet, qd elementa appetunt manere in suis locis: et non inclinātur ad esse extra ea, quando autem dicitur mixtum pertingit ad aquā, iam aer incipit resistere cum igne, nec aqz plus trahit deorsum, ex quo est in loco suo, sed solus terra, **E**x hoc patet quomodo in dicto casu potentia motiua cōtinue sit minor, et resistētia maior, et per cōsequens sequitur qd dicit mixti motus naturalis, s. descensus nō sit in fine velocior, imo tardior qm in principio. **C** Quarto, nam si graue in descendendo moueret velocius in fine qm in principio, hoc videt esse ppter aliquid sibi acquisitum in descendendo: qd inuaret potentiam intrinsecā motiua illius grauis ad mouendum illud graue velocius in fine qm in principio, tūc pono qd illud graue descendat in medio difformi, sic qd medium inferius sit maioris resistētie in tanto in qto potētia motiua intrinseca illius grauis potest inuari a tali extrinseco per talem motum sibi acquisito, et tunc saltem illud graue mouebitur in illo medio, sic qd nō mouebitur in fine velocius qm in principio. **C** Quinto, sit vnum graue sicut quatuor in potentia, qd debeat descendere per aliqd medium vt duo in resistētia, tunc videt qd illud graue per illud medium moueatur ita velociter in fine sicut in principio, ex eo qd omnino videtur esse cōsimilis pportio potentie mouentis ad resistētiā in fine qualis erat in principio, nam cōtinue videt manere pportio potentie mouentis ad resistētiā, sicut quatuor ad duo. **C** Serto, si omnis motus naturalis esset in fine velocior qm in principio, tunc nullus videretur esse regularis motus, quod est falsum, probatur cōsequētia, quia omnis motus videtur esse naturalis, violentus, vel animalis, modo motus violentus non est regularis, quia est in principio velocior, similiter motus animalis non videtur esse regularis, quia est in medio velocior, si ergo omnis motus naturalis esset in fine velocior qm in principio: etiam motus naturalis esset regularis, et sic simpliciter nullus motus esset regularis, quia nec violentus, nec animalis, nec naturalis esset regularis, quia nec violentus, nec animalis, nec naturalis esset regularis, et sic sequeretur, qd aliquod graue verteret a centro terre distantia infinita, qd in descendendo verteret centrum moueretur velocitate infinita anteqz tangeret



centrum, sed hoc est falsum. cōsequētia videtur tenere ex eo qd motus naturalis sic continue intenditur plus & plus versus finem. falsitas cōsequēntis patet. nam tunc sequere tur. qd tale grave haberet virtutē infinitas. ¶ Octavo qm motus naturalis non est. ipse non est velocior qm in principio: sed motus naturalis in fine non est. ergo tunc non est velocior qm erat in principio. tota ratio clara est.

**Oppositum** vult Aristoteles. & probatur ratione. nam grave descendens in fine fortius ledit qm in principio. qd non esset nisi in fine velocius mōneretur qm in principio. assumptum patet. nam si aliquis lapis descēderet de alto. & aliquis reciperet illuz lapidem prope initium casus non lederet recipientem: sed si reciperet ealem lapidem per magnam distantiam ab initio casus illius lapidis multum lederet recipientem. qd nō ēēt nisi talis lapis in descendendo cōtinue intēderet suū motū. ¶ In ista questione. primo erunt ponende distinctiones. Secūdo opinionēs de causis velocitationis motus naturalis in fine cum suis improbatōibus. Tertio conclusiones responsales ad questum cum vna causa velocitationis motus naturalis in fine: cum quibusdāz dubijs cōtra illaz causas. & solutionibus illorum.

**quantum** Ad primum sit prima distinctio. motuum naturalium. alius est localis. alius est alterationis. alius est augmentationis vel diminutionis. ¶ Secūda distinctio. motūz localium naturalium qdā sunt recti quidam circulares. modo questio proposita intelligitur de motu locali naturali recto dūtaxat. ¶ Tertia distinctio. motum naturalem intendi in fine potest intelligi dupliciter. vno modo proprie accipiēdo ly in fine. s. quando talis motus definit esse. & sic motus naturalis non intendit in fine. patet hoc. qz tunc ipse non est. qz cum motus naturalis definit esse. tunc non est & imēdiate ante erat. Alio mō capitur in fine. hoc est versus finem. & sic capitur in proposito. ¶ Quarta distinctio. motum intendi potest intelligi dupliciter. vno modo per duplum: tripulum: quadruplum. & sic vltra. Alio modo qd primo sit aliquantus. & secūdo addat sibi aliquis gradus velocitatis. & tertio medietas illius gradus velocitatis. & quarto quarta pars illius gradus velocitatis. & sic vltra. ¶ Tunc sit prima cōclusio. si motus intenditur primo modo. fieret infinitus. probatur ex quo primo esset aliquantus. et deinde in duplo velocior. & deinde i triplo. & deinde in quadruplo. & sic vltra. ¶ Secūda cōclusio. si intendere secūdo modo nō oporteret ipsum fieri infinitus. imo in casu posset in infinitū intendi. & adhuc nūqz fieri tripulus ad seipsum recte in simill. sicut si esset aliqd lignū pedale. & adderet sibi primo medietas semipedalis. & deinde medietas residui de semipedale. & deinde iterum medietas residui. & sic in infinitum. illud lignūz qd primo erat pedale in infinitū augeret sibi infinitas partes proportionales ligni semipedalis sibi addendas. & tamen nō ppter hoc illud lignum pedale. sic auctuz fieret duplum vel triplū ad se: imo si totale lignum semipedale esset sibi addituz aggregatū ex persistente & addito nō esset duplum ad persistentes. imo solum sexquialterū. sic in proposito esset dicenduz de intentione motus secūdo modo dicta. ¶ Tertia cōclusio. motus naturalis in fine hoc est eundo versus finem nō statim. quando incipit & vadit versus finem intenditur secūdo modo. patet hoc. naz aliter grave non mōneret velocitate infinita antequā veniret ad centrū: si distaret distantia infinita cuius oppositum dicit Aristoteles. ¶ Sed sciēdū est qd motus naturalis non intenditur per duplū triplū & sic qd in prima parte proportionali hōre sit aliquantus. & qd in secūda parte proportionali hōre sit in duplo velocior. & sic vltra. nec etiaz sic qd quando est pertransita prima pars proportionalis spatij puta prima medietas. qd tunc sit aliquantus. & quando secūda pars proportionalis spatij sit pertransita. qd tunc in duplo sit velocior. & sic vltra. Nam tunc sequeret qd quilibet motus naturalis qui per quātūcūqz tempus paruum duraret. vel quo quātūcūqz paruum spatium pertransiret. ad quēcūqz gradum velocitatis pingeret ante finem. modo hoc est falsum. psequētia tenet ex hoc qd talis motus fieret per

aliqd tēpus in cuius prima parte proportionali esset aliquantus: & in secūda duplus. & sic vltra. & ita arguitur de spacio. Et ideo tertia cōclusio. intelligitur qd intenditur per duplum triplum &c. ad istuz intellectum. qd quando ipso pertransitum est aliquod spatium est aliquantus: & quādo ipso est pertransitum duplum spatium est in duplo velocior. & qm ipso pertransitum est triplum spatium est in triplo velocior & sic vltra. Et ad istum intellectum vadit auctoritas Aristoteli. de distantia infinita grauis a centro. s. qd tale grave mouetur velocitate infinita versus finem.

**Quantum** Ad secūdū articulum premitto primo vnum generale omnibus opinionibus. s. qd omnis velocitatis intensio causatur vel ex cremento potente stante resistentia. vel ex decremento resistentie stante potentia. vel ex ambobus simul. ¶ Tunc est prima opinio de causa velocitationis motus naturalis in fine. qua supponit qd motus calefaciat. modo imaginat ista opinio qd quando aliquid graue descendit per aerem. calefacit ipsum aerem. & per cōsequens rarefacit. & sic aer ille rarefactus est facilioris diuisionis: & minus resistentis. & sic statim adit ibi vna causa velocitationis motus. s. decrementū resistentie. ¶ Sed ista dicta nō sufficiunt. primo qz aer i estate te est notabiliter calidior qm in hyeme. & tamen idem lapis cadens ab equali distantia per aerem in estate & in hyeme non mouetur notabiliter velocius in estate. nec sensibilibiter magis ledit qm in hyeme. ¶ Secūdo. nam aer non calefit per motum nisi ante moneat. & diuidat. & fricat. & tunc cum anteqz sit motus & diuisus resistat graui descendenti resistentia eius nō est diminuta per eius calefactionem. ¶ Tertio homo ita velociter mouet manum suam sicut lapis mouetur versus principium sui motus. qd patet ex eo. qz penitens alterū manu. lederet enim plus qd faceret ille lapis cadens prope principium sui motus. & cum homo sic mouēdo aerem non calefaceret aerem sensibilibiter. qz vtiqz pereret calefactionem. ergo similiter ille lapis saltem circa principium casus non ita sensibilibiter calefacit aerem. qd ex hoc deberet apparere tanta & ita manifesta velocitatio. ¶ Secūda opinio imaginatur qd locus naturalis est tanqz finis appetitū a corpore qd naturaliter mouet ad ipsum. & ideo qd mobile per suum motum propinquius efficitur suo loco naturali tanto intensius & cum maiori conatu mouet se ad suū locum. & ppter hoc in fine mouetur velocius qm in principio. ad similitudinē hominis boni qui quanto efficitur melior tanto cum maiori conatu nititur ad felicitatem seu ad vltaz cōtemplatiuā que est finis hominis. ¶ Sed breuiter illud non valet. qz cum appetitus sit ratione carētie. corpus naturale plus distans a suo loco naturali plus deberet appetere suum locum naturalem. & sic magis in principio velocius deberet moueri qm in fine. ¶ Secūdo. naz incipiat aliquis lapis cadere de alto loco vsqz ad terram. & alter lapis cōsimilis incipiat cadere de basso loco vsqz ad terram. tunc isti lapides quando essent ad spatium pedale ppe terram deberent eque velociter moueri. qd tamen est falsum. naz ille qui diutius est motus velocius mouet. ¶ Probatio cōsequētie. naz sicut dicta opinionem. tūc isti lapides cū sint cōsimiles in granitate & equalit distantes a loco eorū naturali equalē haberent appetitū essendi in suis locis naturalibus. & cum talis appetitus sit causa velocioris motus sicut dicit opinio. vtiqz tunc isti lapides deberēt eque velociter vltimus descendere. ¶ Tertio. nam tunc difficultus ēēt tenere vnum lapidem prope terrā qd eūdem magis distans a terra. hoc est falsum. psequētia probat. ex eo qd dicta opinio imaginatur graue maiore habere appetitū & inclinationē essendi in suo loco naturali quando est ppe suū locū qm qd est magis distans. ¶ Quarto. si a valde alto descēdat lapis per spatium decem pedū: & ibi inueniēs obstaculū qescat. & lapis cōsimilis de basso etiā descēdat per spatium decem pedum ad terrā. vnus illorū motū non percipietur velocior qm alter. licet vnus illorū sit propinquior suo loco naturali qm alter. ¶ Cōcludo ergo qd non ex maiori propinquitate ad locum nālez sunt motus grauiū & leniūz nāles velociorē. ppter hoc qd tūc talia corpora sūt pingiora suo fini & plus appetunt

tentia illam finem. nec est simile de istis corporibus natura-  
libus non cognitivis sui finis. et de homine tendente ad se-  
licitatem qui sui finis est cognitions. **Tertia opinio** ima-  
ginatur quod in loco naturali est quedam virtus alterativa vel  
attractiva locati. et quod illa fortius trahit de prope quam de longe.  
et quod propter hoc corpus naturale velocius movetur in fine cum  
est propinquius suo loco naturali quam movebatur in principio  
cum erat a suo loco naturali remotius. **Contra istam opi-**  
**nionem** potest argui tribus ultimis rationibus quibus ar-  
guebatur contra opinionem precedentem. **Et ultra hoc**  
**potest contra ipsam argui primo sic.** si hoc esset verum sequeretur  
quod motus corporum naturalium ad sua loca non esset na-  
turalis sed violentus. hoc est falsum. **sequentia tenet.** ex eo  
quod per dictam opinionem entia naturalia traherentur ad sua lo-  
ca naturalia per virtutem existentes in ipso loco. modo tra-  
ctus est quidam motus violentus. **Secundo.** sequitur quod  
graviora tardius moverentur deorsum quam minus gravia.  
sed hoc est falsum. **sequentia** probatur. nam graviora plus  
resisterent virtuti trahenti. **Tertio** sequeretur quod corpora naturalia  
non moverentur ad sua loca a quacumque distantia. quod est contra  
Aristo. primo huius. probatur consequentia. quod illa virtus at-  
tractiva non se extendere ad quacumque distantiam recte. sicut  
neque magnes trahit ad se ferrum a quacumque distantia. propter  
determinatam distantiam ad quam agit. ita neque virtus attractiva  
traheret ad se locatum a quacumque distantia. et per consequens  
ipsius locatum non a quacumque distantia moveretur ad suum locum.  
**Quarto.** sequeretur quod non a quacumque distantia a suo lo-  
co naturali ipsius grave inciperet moveri eque velociter ce-  
teris paribus: quod est contra experientiam. **sequentia tenet** ex  
eo quod virtus attractiva est fortior prope quam longe: ideo si aliquid  
corpus naturale inciperet moveri prope suum locum naturale  
velocius inciperet moveri quam si incepisset moveri remotius  
a suo loco naturali. **Quarta opinio** imaginatur quod quanto gra-  
ve plus descendit tanto minus videtur esse de resistentia sub  
eo. scilicet de aere. ergo cum gravitas maneat. et resistentia  
diminuat: motus continue plus et plus velocitatur. **Hic**  
**vult contra hoc arguitur primo.** nam secundum hoc sequeretur quod  
si duo gravia commixta caderent versus terram: unum a loco  
alto sic quod haberet multum: de aere sub se. et aliud de loco  
basso: sic quod modicum haberet de aere sub se. quod primum inci-  
peret cadere tardius quam secundum. hoc est falsum. quod eque ve-  
lociter inciperet cadere deorsum. quod prope principia suorum  
motuum eque fortiter lederent impedientem. **sequentia tenet**  
per sic opinantes. **Secundo.** quod non est verum quod ille minor  
aer in predicto casu minus resistat: quod quando lapis est prope  
terram adhuc est tantus aer lateralis sicut si esset remotior  
a terra. et ideo ita difficile est quod aer divisus cedat. et fugiat  
lateraliter sicut erat quando lapis erat remotior. et cum hoc  
eque difficile vel difficultus est quando lapis est prope ter-  
ram quod aer sub eo cadat in directum. quod terra obviat que for-  
tius resistit quam aer. **Tertio** quod gravi in descendendo vel  
resistit totus aer qui est sub ipso una cum terra. vel aer solus  
si dicatur primum tunc nullum grave sicut esset vnus lapis  
magnus. vel aliquid tale descenderet. propter hoc quod tunc  
resistentia esset maior quam potentia motiva illius gravis. si autem  
dicatur quod solus aer resistat. tunc sequeretur quod illud grave  
intenderet motum suum usque ad gradum velocitatis infinitum.  
ex eo quod resistentia talis diminueretur usque ad non gradum.  
ex eo quod illud grave in fine motus non habet aliquid sub se  
de aere resistere. **Quinta opinio** vult quod talis velocitatio  
fiat per aerem insequentem vel aquam vel aliquid aliud medium.  
et imaginatur sic quod post ipsius grave descendens ipse aer ra-  
rescit insequendo ipsum grave descendens. ne fiat vacuum  
sibi ubi erat grave. et quod tali pulsu aeris et motu ignat ipsius  
grave et velocitatur in descendendo. **Istud non valet.** nam  
secundum hoc illud quod esset late figure ceteris paribus magis ve-  
locitaretur in descendendo. cuius oppositum docet experi-  
entia probatur consequentia. quod plus de aere insequitur ipsius.  
**Secundo** sunt due sere equales: una de plumbo alia de  
ligno. tunc motus sere plumbee cum hoc quod est velocior  
semper magis velocitatur quam motus sere lignee. et tamen  
equaliter de aere insequitur utranque. ergo insecutio talia

ipsius aeris non videtur esse talis velocitatis causa.  
**Tertio** quia si talis sere descendens transeat per foram  
men: et statim foramen recludatur. ita quod aer insequens  
detineatur. non minus motus velocitabitur. ideo talem ve-  
locitatem non facit aer insequens. **Quarto.** nam aer  
inferius per descensum gravis condensatus plus vide-  
tur resistere et impedire velocitatem. quam aer superius rare-  
factus et insequens videatur innare. vel saltem tantum.  
**Quinto.** nam secundum talem imaginationem grave in spe-  
ra ignis minus deberet suum motum intendere. quod ta-  
men est falsum. consequentia tenet ex hoc quod in descensu  
gravis in sere ignis ipse ignis existens super grave descen-  
dens minus insequeretur ipsius grave descendens. postquam  
ignis est magis levis. et nature levis repugnat descendere  
descensum alicuius gravis insequendo. **Sexta opinio**  
premittit sicut in his que scinduntur ubi divisio precedit di-  
videns. sicut patet in quibusdam ignis cum dividuntur se-  
cundum longum facilius est continuare divisionem quam in-  
cipere. ita in proposito licet divisio aeris non precedat ipsius  
grave. quia tunc esset vacuum. tamen propter hoc quod aer  
subiectus recedit ad latera fit ibi quedam rarefactio. que  
precedit ipsum grave. et ex hoc continue movetur veloci-  
us et facilius. **Sed ista opinio non valet.** quia aer dire-  
cte sub gravi magis condensatur quam rarefiat. et illud pa-  
tet bene in simili. si motus fiat per lutum vel aliquid tale  
cuius condensatio esset sensibilis. **Secundo.** nam ex  
ista causa non potest reddi ratio aliorum apparentium  
accidentium ex descensu gravis. sicut quod grave descenden-  
do aliquando reflectitur cum invenit obstaculum. et simili-  
liter cum plumbum appensum chorde descendit e converso  
reflectitur. hominum enim cause non possunt reddi iuxta pre-  
dictam opinionem. **Tertio.** nec exemplum eorum: de  
lignis est ad propositum. quia talis facilitas dividendi lignum  
fit propter poros ordinatos in illo ligno secundum longum.  
et quia non sunt sic ordinati ex transverso. non ita faciliter.  
secundum transversum dividitur sicut secundum longum.  
sed sic non est de aere. cuius non fit corpus scissibile. sicut pa-  
tet quarto methuro:us.

**Quantum** ad tertium articulum est alia opinio  
de causa velocitatis motus natu-  
ralis in fine. et illam approbo. unde secundum istam opi-  
nionem imaginandum est quod ipsum grave in suo motu ad  
suam gravitatem naturalem acquirit sibi quandam impe-  
tum seu gravitatem accidentalem. que inuat gravitatem  
naturalem ad movendum ipsum grave velocius. et simili-  
liter dicendum est de levitate. et secundum quod ipsum cor-  
pus naturale movetur ditius et ditius. secundum hoc  
sibi acquiritur maior et maior impetus. et secundum hoc  
continue movetur velocius et velocius. nisi tamen hoc im-  
pediretur per maiorem crescentiam ipsius resistentie quam est  
impetus sic acquisitus. et imaginandum est quod sicut ille im-  
petus acquiritur consequenter ad motum. ita consequen-  
ter minoratur vel deficit ad minorationem. vel defectum  
motus. **Et pro ista opinione experimentum habemus**  
tale quod si mola fabri magna vel valde gravis velociter mo-  
veretur motu verticali: quando cessares eam movere.  
adhuc ipsa diu moveretur. quod non videtur esse nisi a quo-  
dam impetu ab extrinseco sibi acquisito et impresso sibi a mo-  
vente. tunc ulterius cum cessas movere illam molam con-  
tinue diminuitur donec mola cessat a motu. propter hoc.  
quia forma naturalis mole illius tendit ad oppositum.  
Ita imaginandum est proportionaliter in proposito de  
motu naturali corporis naturalis ad suum locum. **Et for-**  
**te si ista mola sic mota semper duraret sine aliqua dimi-**  
**nutione vel alteratione.** et non esset aliqua resistentia cor-  
rumpens impetum talem sibi generatum mola ab illo im-  
petu perpetuo moveretur. et sic si placeret possemus  
imaginari quot non oportet ponere intelligentias monen-  
tes orbis celestes. **¶** Potest enim dici quot quando dens  
creavit speras celestes ipse incepit moveri unquamque ca-  
rum sicut voluit. et sic ab ipetu que dedit eis adhuc mou-  
tur. quod ille impetus sibi non corrumpitur nec diminuitur cum

non habeat ibi corruptens. postq̄ mobile non inclinatur ad oppositum. Tunc scdm istā opinionē possent poni conclusiones. **C** Prima est. q̄ cā velocitatis motus naturalis ē ipetus acquisitus in ipso mobili. qui cōsequenter acgrit ad talem motū naturalē. pbat in simili de molafabz q̄ post amotionē principalis momentis adhuc mouet. sed tūc nō videt̄ moveri nisi a quodā tali ipetu sibi ab extrinseco acquisito. Secundo pbat hoc a simili de hoīe corrente. qui postq̄ incepit currere & cōcurrit bene velociter non p̄t se bene arestare quando vult. q̄ non videt̄ eē nisi ppter talē impetū in ipso acquisitū qui adhuc vltterius inclinatur ad motum. Secundo istā opinionē posset reddi causa quare grane cum fortiter descendit & inuenit resistentiā reflectit̄ versus partem a qua venit. Unde huius causa est. nam grane in descensu acgrit sibi talē impetū qui non subito corrupit̄. & ideo cū inuenit obstaculū ille ipetus nondū corruptus inclinatur ad motum nō potēs ipm mouere vltterius deorsum moaet ipm eōnter so sursam. tam dū q̄ ille ipetus corrupit̄. **C** Tertia illud etiā diceret̄ q̄ si terra eēt pforata totalit̄. & per illud foramē descenderet vnū grane bñ velociter versus centrū. tūc qñ mediū granitatis illius corpis descēditis eēt mediūz mūdū illud corpus adhuc vltterius moueret̄ versus aliam partē celli ppter ipetū nondū in ipso corruptum. & in sic ascēderet. & in tali descensu iterū acgreret sibi quēdā parū impetum quo iterū moueret̄ vltra centrū. & illo ipetu corrupto iterū descēderet. & sic moueret̄ circa centrū turbādo tā dū q̄ nō amplius in eo eēt talis ipetus. & tunc quiesceret. **C** Secūda cōclusio. ois motus nālis localis qui fit in medio vniformi velocior ē in fine q̄ in principio. probat̄. ex eo q̄ resistentia manet eadē p̄ hypothēsīm cū mediū sit vniforme & potentia motiua angez. s. per impetū acquisitū qui ipm iuuat ad motū. per pcedentē cōclusionē. **C** Tertia cōclusio. si aliquis motus alicui⁹ mixtū fieret in vacuo. vbi fuit locus naturalis alicuius elemētū talis motus eēt velocior in fine q̄ in principio. pbat̄ iterum. qz resistentia manente eadē. s. resistentia in infeca potentia motiua intēdit̄ p̄ ipetū qui ibi acquirit̄. **C** Quarta cōclusio. mediū in quo fieret mot⁹ p̄t sic disponi q̄ mobile simplex moueret̄ in ipso eque velocius p̄t se in fine sicut in principio. p̄ hoc si mediū eēt difforme in resistentia & inferius plus resisteret q̄ superius in tāto in quāto posset innare talis impetus acquisitus ad intentionem velocitatis ipsius motus. in tali enī casu motus grātis per totū mediū esset vniformis. & quod plas ē. mediū posset sic disponi q̄ motus naturalis factus ī ipso in fine eēt tardior q̄ in principio. p̄ hoc si mediū inferius eēt plus resistentis q̄ superius. in tanto q̄ illa resistentia eēt maior q̄ tū ad remittendum motum q̄ esset impetus acquisitus q̄ tū ad intendendum motum. **C** Quinta cōclusio. mobile p̄t sic disponi q̄ in fine sui motus naturalis moueretur tardius q̄ in principio. istam conclusionem sufficienter probauit tertia ratio facta ante oppositum. Sed verū est q̄ nō totus ista motus fieret in medio vniformi. sed difformi. **C** Sexta cōclusio. mobile potest sic disponi q̄ velocius moueretur in pleno q̄ in vacuo. p̄. nam sit vnū mobile cōpositū ex duobus gradibus aeris. & quatuor terre. & sit spera ignis plena & totū residuū vacuum. tūc illud mixtū cū descenderet in igne resisteret sicut vnū. vbi gratia. tam aer q̄ terra traherent ipsum deorsum. quādo autem illud mixtum veniret ad vacuum vbi prius erat nālis locus aque. aer laz in ciperet resistere terre trahēt deorsum. & sic illud descēderet a p̄p̄tione quatuor ad duo in vacuo. vbi prius erat locus naturalis aque. qd prius in pleno p̄ta in igne descēdebat a p̄p̄tione sex ad vnū. que ē maior q̄ p̄p̄tione quatuor ad duo. & per consequens illud mixtum velocius descēdebat in pleno vt in igne. quia ex maiorē p̄p̄tione q̄ in vacuo. Ista ratio supponit q̄ a corpore naturali in vacuo circumscribatur appetitus ille generalis corporum quo appetunt replere vacuum. vltter⁹ supponit q̄ corpora naturalia grātia & leuia appetunt manere in vacuo vbi prius fuerat locus naturalis talium corporū. **C** Tertia istā opinionem obuiatur contra talē impetum. **P**rimo quid generet talē

impetum in motu naturali ipsius corporis. **S**ecūdo dubitatur a quo corruptatur ille impetus. tertio dubitatur que res sit talis impetus. **C** Ad primum dico q̄ talem ipetum generat forma subalis mobilis mediāte motu. **C** Ad scd̄ dico q̄ talis ipetus corruptitur per absentia cōseruantis. p̄ta motus & inclinationem ipsius mobilis ad getē. recte sicut lumē in medio corruptit̄. per remotionē & absentia corpis luminosi. **C** Ad tertium dico q̄ est quēdā qualitas de scda specie qualitatis. est. n. quedam habitas & facilitas ad motū. **C** Deinde dubitatur cōtra secundam cōclusionem. nā dicunt auctores de p̄cedētibz. q̄ q̄to allq̄ pl⁹ distat a centro tanto est grātius secundum situz. ex quo videtur sequi q̄ grane in principio sui motus quādo multuz distat a centro velocius debeat moueri: cum tūc sit grātius & leuius. ex quo motus calefacit. ergo continue videtur moueri tardius & tardius. **C** Ad ista ambo simul dico. q̄ acgritur ibi plus de impetu in continuatione mot⁹. qui p̄t facit ad intensiōem motus in fine. q̄ poterat facere illa grātias secundum sitam in principio & etiam q̄ posset impedire tanta leuitas quanta ibi acquiritur ex caliditate ibi causata per motum.

**A**d rationes **A**d primā dico q̄ illud qd dicitur est intelligit̄ de motu naturali locali & recto. & nō circulari. per hoc etiam soluit̄ secundā rō. qz intelligitur de motu locali & nō de alijs motibus. **C** Ad tertiam. illa vadit p̄ vna conclusionē posita. **C** Ad quartā. illa ē vadit p̄ vna cōclusiōe posita. **C** Ad quintam. nego q̄ continue maneat eadē p̄p̄tione potentie mouētis ad resistentiā. nā per appōnē talis ipetus potentia motiua p̄tinue intenditur. **C** Ad sextā. negatur consequentia. qz sicut dictum est in vna conclusionē medium potest sic disponi q̄ motus naturalis in ipso maneret per totum regulāris. **C** Ad septimam. concedo q̄ tale grane haberet potentiam infinitā. concedo etiam q̄ non haberet potentiam infinitam. quia aliquod graue distare per distantiam infinitam a centro est impossibile. ad impossibile autem sequitur qd̄. **C** Ad octauam. illa bene probat q̄ motus naturalis nō intenditur in fine capiendo finem quando motus desinit eē cum. hoc tamen stat q̄ bene intenditur in fine. i. versus finem. Et sic est finis qd̄nis.

**I**n his enim que de subius plures iam rationes conuenerunt in vnum & c. Textu commēti trigesimiquinti.

**Questio XV.**

**E**tatum p̄p̄ositorum erat. vtrum sperere celestes sicut sūt sperere planetarum pluribus moueantur motibus. s. ab oriente in occidentem motu diurno. & ab occidente in orientem motu proprio. Et ar. primo. q̄ non. nam tales diuersi motus vel essent eque sortes & eque veloces. vel vnus eēt velocior: & alter tardior. si essent eque veloces. tūc p̄tinue planete manerent in eodem situ & aspectu ad nos. sed hoc est falsum. consequentia probatur a sili. nam si aliqua musica ascendat super aliq̄ lanceam aliqua velocitate. & lancea interlin descendat p̄cise equali velocitate. musica non mutabit situz nec aspectum ad aliquod quiescens. sed continue hēbit se simili modo & non aliter ad tale quiescens. similiter esset de homine qui moueretur in nauī ita velociter ad vnā partem sicut nauis moueretur ad aliam. **S**icutem dicatur q̄ motus iporum orbium planetarum quozus aliqui sunt ad vnā partem & aliqui ad aliam. sic se habent q̄ vnus est velocior. alio. capiam ergo speram solis. & quero vtrum velocius moueatur ab oriente in occidentem motu diurno vel velocius ab occidente in orientem motu proprio. **S**i dicatur primum. tūc non moueretur nisi motu diurno. probatur sic in simili de musica mota super lanceam. nāz si descensus lācee sit velocior. musica non dicitur ascendere. sed descendere solum. aliter enim idēz simul moueret̄ motibus & trahēs. **S**i at motus proprius sperere solis esset

velocior motu diurno eiusdem. tunc propter consistentem rationem non diceretur moveri ut videtur nisi motu proprio. quod tamen est falsum. Et confirmatur hoc. nam spera solis quasi omni die naturali facit unam revolutionem. motu diurno. ubi in uno integro anno non facit unam revolutionem motu proprio. ergo non potest dici quod motus proprius spera solis sit velocior motu diurno eiusdem. Secundo ipse est idem simul moveri pluribus motibus localibus. ergo quod falsum. prima etiam probatur quod impossibile est idem corpus simul ad diversa loca videtur etiam quod ipse sit idem in corpore simul. et eque primo moveri ad diversa loca. sed si movetur ad diversa loca. prius tamen movetur ad unum et postea ad alium. Tertio si quod est vera sequeretur quod unus illorum motuum esset tali orbi naturalis. et alter violentus. et sic ille alter non dicitur duraret in tali orbe: cum nullus violentus diu duraret. primo huiusmodi. sed prima est falsum. nam omnibus motibus quod nunc sunt in celo spiritus philosophi erant in eodem. et semper erunt superposita eternitate mundi. prima probatur ex eo quod ostensum est primo huiusmodi unum corporis simplicis non esse nisi unum motum naturalem simplicem. cum ergo spera celestes sint corpora naturalia simplicia. neutra eorum habebit plus quam unum motum sibi naturale simplicem. et ideo si alius alter ei inest. videtur ei inesse violentus.

**Oppositum** vult Ari. in 1<sup>a</sup>. et sicut oppositum volunt ptolemaeus et alii astrologi quod plures. In ista questione primo recitanda est una opinio de qua supra est probatio. Secundo respondendum est ad questum.

**Quantum** ad primum sciendum est quod erat una opinio. scilicet alpetbragi. quod omnes orbis celestes moverentur ab oriente in occidentem. et quod nullus orbium celestium movetur ab occidentem in orientem. sed orbis planetarum ab orientem ad occidentem minus moverentur super aliis polis quam primum mobile et cum hoc non facerent completas circulations in die naturali sicut facit primum mobile. unde imaginabatur quod in die naturali mobile faceret unam completam revolutionem super polos mundi ab orientem in occidentem. et quod interim etiam orbis planetarum moverentur ab orientem in occidentem. super aliis tamen polis. suos motus incurtant do tantum quod orbis saturni in die naturali tantum deficit quod non facit unam completam circuitionem quod in triginta vel tredecim annis facit unam revolutionem minus quam primum mobile. sed orbis iouis. quod est remotior a primo mobili plus deficit in die naturali quam non faciat unam completam circuitionem. tantum quod in minor tempore quam saturnus facit una revolutione minus quam primum mobile. et proportionate suo modo dicitur orbis martis. et alii orbibus planetarum. unde motus solis ab orientem in occidentem tantum incurtat a motu primi mobilis quod in uno anno facit unam revolutionem minus quam primum mobile. sed orbis lune quod est infimus orbium planetarum et maxime distans a primo mobili. in tantum incurtat in suo motu ab orientem in occidentem quod in uno mense facit unam circuitionem minus quam primum mobile. ita quod ille imaginatur quod si quod orbis planetarum plus distans a primo mobili sicut in hoc plures suos motus ab orientem in occidentem incurtat. propter hoc quod omnis virtus finita ab aliquo agente derivata fortior est propinqua quam remota. et ideo orbis propinquiores orbi primo velocius ab orientem ad occidentem moventur et remotiores tardi. et vltimi dicitur quod propter huiusmodi incurtationem appet sensui quod orbis planetarum moveantur huiusmodi motu primo mobili. et declarat hoc exemplo nam cum duo homines moventur non eque velociter ad idem ubi ubi alicuius loci distans quod tardior ad ubi huiusmodi moveatur a quo velocior recedere dignoscitur. Sed brevis ista opinio est huiusmodi opinio ptolemaei. et omnium astrologorum. et potest huiusmodi argui duobus rationibus. Prima est si non esset in motibus orbium nisi orbita incurtationis tunc venus et mercurius celestis temporibus deberent esse oppositi radijs solis. quod nunquam visus est. vel. n. sunt sub radijs solaribus vel sunt vespertini vel matutini. unde sicut in almagestum in libro suo triginta dicitur. dicitur quod octo gradus. et mercurius p. 26. Secunda ratio. nam tunc sicut in proportionem distantie orbium planetarum a primo mobili deberet esse proportio incurtationis. quod falsum est. cum sol venus. et mercurius in suis deferentibus quasi equaliter moveantur.

luna ante multum inequaliter. cum tamen mercurius sequatur in medietate. **Quantum** ad secundum sciendum est quod aliquid moveri simul pluribus motibus circularibus potest intelligi duobus modis. uno modo super eisdem polis alio modo super diversis polis. sic quod uno motu aliquid quod mobile moveatur super aliquibus polis. et alio motu super alijs. Tunc sit prima conclusio impossibile est eundem orbem moveri ab orientem in occidentem et cum hoc ab occidentem in orientem super eisdem polis. istam conclusionem sufficienter probant prima et secunda rationes posite ante oppositum. Secunda conclusio. orbis planetarum moventur ab orientem in occidentem super polis mundi. et cum hoc ab occidentem versus orientem. super alijs tamen polis. Probatur. Primo quod moveantur ab orientem ad occidentem notum est ad experientiam. sed secunda pars probatur. quod nos videmus quod si aliquis planeta modo est in ariete postea est in tauri. et postea in signo geminorum. et sic de alijs signis zodiaci. sed hoc non potest salvari nisi per motum planetarum ad orientem vel per incurtationem suorum motuum ab orientem in occidentem. si dicatur primum cum hoc non possit salvari. super eisdem polis super quibus moventur ab orientem in occidentem per precedentem conclusionem. sed hoc fit super alijs polis. et hoc dicitur secunda pars conclusionis. si autem diceretur quod hoc posset salvari per incurtationem motus planetarum ab orientem in occidentem. hoc non valet sicut in primo articulo. ex hoc primo ratio ad questionem. scilicet quod orbis planetarum simul et semel moventur pluribus motibus. scilicet ab orientem in occidentem per meridiem. et ab occidentem etiam per meridiem in orientem. sed tamen super alijs et alijs polis. Sed sciendum est quod isti motus non pueniunt ab eadem intelligentia. Sed imaginanda est quod orbis planetarum moventur ab orientem in occidentem ex influenza quam recipiunt a primo mobili. et cum hoc quilibet orbis planetarum habet intelligentiam sibi appropriatam que moventur ipsi ab occidentem in orientem. et ille motus est illi orbi proprius.

**Ad rationes** Prima et secunda vadit per prima rationem secunda articuli. Ad tertiam dico quod non oportet quod si alicui mobili insunt plures motus locales. quod si unum illorum sit ei naturalis quod alter sit ei violentus. sed sufficit quod ei insit propter naturam. Et sic est finis questionis.

**Manifestum autem ex his quoniam et dicere fieri laterum armoniam tanquam consonantibus factis sonis. leuiter quidem dictum est. et superflue a dicentibus etc. Textu comenti quinquagesimi secundum.**

**Questio XVI.**

**Quoniam** propositum erat utrum corpora celestia suis motibus causarent sonum. et videtur quod sic. quod sunt corpora magna et solida non condensabilia nec rarefactibilia. ergo configuratione eorum admittunt per suum motum videtur causare sonum quod sic videmus fieri in alijs corporibus. Secundo quod ex motu violento corporum solidorum causatur sonus. modo primum mobile videtur violenter rapere secum orbis planetarum. ergo ex tali violentia videtur causari sonus. Tertio. nam videmus hic inferius quod corpora velociter mota causant sonum sicut patet de virga velociter percussa ad aerem. sed quod celum velocissime movetur videtur vltis suo motu causare sonum. Quarto arg. ad idem auctoritate antiquorum qui tale sonum vocant musicam mundanam.

**Oppositum** vult Ari. et commentator sciendum huiusmodi. In ista questione ne primo vidende sunt de hoc opiniones antiquorum. Secundo respondendum est ad questionem secundam intentionem Aristotelis.

**Quantum** ad primum sciendum est quod de ista questione fuit una opinio sic dicit Ari. in 1<sup>a</sup>. quod corpora celestia carent armonia suo motu. et hoc posuerunt multi philosophi. sicut est pythagoras. plato. tullius. macrobius. et probatur hoc rationibus ante oppositum positis. vbi dicit macrobius quod secundum hoc theologi illius temporis posuerunt novum musas ita quod octava erat celum stellarum. et alie erant septem orbis

planetarum. et nona aggregati ex illis orbibus continetur totam illam consonantiam. C Secdo de hoc dixit plato q in singulis celestibus orbibus site sunt syrenes. i. decantationes laudis dei. unde syren grece idem est qd deo canens latine. C Tertio de hoc dixit pythagoras et tullius volentes reddere causam quare anima delectatur in musica. dicunt q hoc est ideo. qz anima originem sumptit ex celo. vbi est musica. et ideo delectatur in musica qz tunc quodam modo rememoratur de illa musica celesti dulcissima. C Quarto dicunt quidam q de orbibus celestibus dictum est illud. s. qd scribitur. In omnem terram exiit sonus eorum. et qm dicebatur istis bonis antiquis patribus cur no audimus talem sonum musicam et armoniam que faciunt corpora celestia suo motu dicerent q pp consuetudinem illum sonum no percipim? recte. sicut fabri pp consuetudinem audiendi sonus malleorum illum sonum non ita percipiunt sicut no assueti. qd pz. qz no obstante tali sono fabri loquuntur ad invicem. nec impediuntur per tale sonum. q tamen no esset de alijs q no essent affecti huiusmodi audire sonum. sicut sic est de illis qui morantur circa strepitum aquarum. illi et pp consuetudinem audiendi illum sonum non sic indicant de eo nec sic impediuntur p ipsum quoadmodum faciunt illi qui talem sonum audire no snt assueti. C Aliter posset dici supponendo q sonus est quedam qualitas in corporibus sonantibus et no qualitas existens in aere medio. qz si esset qualitas realis existens in medio. tunc penetraret ad sensum et superponeretur auditui et non fieret sensatio. et ideo sicut dicimus de colore q est qualitas no existens in medio reali. sed multiplicat speciem suam et similitudinem vsqz ad visum. et sic videretur. ita dicendum de sono q est qualitas existens in corporibus sonantibus. et non audiretur nisi per speciem eius multiplicatam per medium vsqz ad auditum. C Secudo supponeret q sicut ad hoc q spes colorum multiplicatur in medio requirit lame existens in medio tanqz dispositio disponens medium ad recipiendum spes visibiles sic ad hoc q sonus multiplicet spem suam per medium requiritur q aer circumfuset corpora sonantia. et sit tremibilis ad hoc q per spem possit multiplicari species soni. et tunc dicerent q in corporibus celestibus est sonus. sed no audiretur. propter hoc q aer contiguus ipsis no tremit. et ideo spes illius soni no multiplicatur per ipsos vsqz ad nos Qd aer contiguus eis non tremit. pz. qz ipsa motu no movent aerem motu saltem tremoris. C Contra ista opinio nem licet non possit demonstrari. tamen contra ipsam pot argui taliter qualiter. Primo qz si corpora celestia facerent tale sonum. ille vitiz varietaretur sicut velocitates et tarditates in corporibus celestibus variantur. et si sic vitiz sonus qui modo esset talis qualis sonus precedens no erat: a nobis deberet percipi ex eo q audire tale no essentus assueti. C 2o qz huius percipiuntur sonos minores. ergo magis debemus percipere illos. C Tertio. qz talis sonus est ita magnus q destrueret oia ista hic inferius. C Quarto maxime destrueret organum auditus. cu excellens sensibile corruptum pat sensus imo bene minores soni qz eent illi sunt destructivi organum auditus. ergo magis illi. C Quinto arguitur contra ideoz ex causis soni. qz ibi no fit violenta fricatio. ex eo q corpora celestia sunt simpliciter plana et leuia. et tñ violenta fricatio requiritur ad hoc q corpora suo motu causent sonum.

**Quantum** ad scdm pono vnicam conclusionem nisi/alem ad qone fm opinionem arti. q corpora celestia in mundo no faciunt sonum. probatur. nam frustra est ibi talis sonus. ex quo toto tpe eterno tal son? no au dret. pbat etia p rones improbant es opinioez recitatum. **Tunc** ad rones. ad prima dico q licet corpora celestia sint corpora magna et solida. tamen non est ibi aliqua percussio vel expulsio aeris que requiritur ad sonum Et si dicatur q talis expulsio aeris solum requiritur ad multiplicandum spem et non ad generationem soni. hoc no valet. qz sic ego possum dicere consimili ratione q in quolibet corpore quiescente esset sonus sed non audiretur. qz tale corpus quiescens non moueret aerem prope se motu tremoris qui quidem tremor requiritur ad hoc q sonus audiat per speciem suam multiplicatam per aerem sic tremens.

C Ad secundam nego q vnus orbis rapit violenter alius unde ibi non est aliquis raptus vnus orbis per alium. ex eo q corpora celestia sunt leuia fm eoz superficies in tantum q ibi deficit illud quo vnus orbis posset se tenere ad alium quo vnus raperet alium. C Ad tertiam dico q verum est q motus propter sui velocitatem causet sonum. dumtamen ibi etiam adsint alia requisita ad generationem soni. sicut fricatio aeris. expulsio et consimilia: sed illa deficient in motu corporum celestium. C Ad quarta dico q illi boni antiqui pres fuerit illi opiniois. arti. autem fuit alterius. Et sic finis questionis.

**Celeriores enim eum maioris circuli velocitatem rationabile eorum qui circa idem centrum colloca toruz: sicut enim in aliis maius corpus velocius fertur propria latatione: sic et in circularibus et cetera. Textu pmentis quadragesimi sexti.**

**Questio xvii. ecimum**

ppositorum erat. vtrum orbibus inferiores planetarum velocius debeant moueri motibus proprijs qz orbis superiores. vt verbi gratia orbis iouis velocius debeat moueri motu proprio qz orbis saturni. et orbis martis velocius qz orbis iouis. et sic consequenter. Et arguitur primo q no. na primus mobilis. s. orbis supremus velocissime mouetur motu proprio. s. ab oriente in occidentem super polos mundi. qd no est nisi velocissime moueri seu velociter moueri argueret perfectiores in orbibus celestibus. Tunc sic. quanto orbis sunt superiores tanto sunt nobiliores. et quanto sunt nobiliores tanto velocius debent moueri motibus proprijs. ergo orbis planetarum superiores velocius debent moueri motibus proprijs qz orbis inferiores. et per hanc orbis saturni velocius mouet vel deberet moueri motu proprio qz orbis iouis. cuius oppositum querit questio. C Secdo de orbibus celestibus. vsqz est imaginandum proportionaliter sicut de corporibus infra speram lune. sed sic est de corporibus infra speram lune. q maiora velocius mouentur. patet hoc. nam equus velocius mouetur qz formica. et magnus lapis velocius mouetur vel descendit qz parvus. ergo similiter videt q orbis maiores debeant moueri velocius. sed hi sunt orbis superiores ergo et cetera. C Tertio spera mercurij et veneris sunt inferiores spera solis. et tamen non mouentur velocius. nam ille tres spera equate ipsas apponunt ad perficiendum suas circulationes. s. vnum annum. ergo non est vlt verum q orbis inferiores velocius mouet motibus proprijs q superiores.

**Oppositum** vult Aristo. et alij astrologi. qui dicunt saturnum complere suam circulationem motu proprio in longiori tempore qz iupiter et iupiter in longiori tempore qz mars. et mars in longiori tempore qz sol. ex quo sequitur q spera superiores velocius complent suas circulationes qz superiores. cum iupiter sit sub saturno. et mars sub ioue. et sol sub marte. C Pro ista questione sit prima conclusio ista. q ista pna non valet. orbis iouis citius perficit suam circulationem qz orbis saturni ergo orbis iouis velocius mouetur qz orbis saturni. pbatur ex eo q penes aliud mensurat et cognoscit velocitas circuitiois et penes aliud velocitas motus. unde si orbis saturni qz tñ ad suam magnitudinem haberet se in eadem pportione ad magnitudinem orbis iouis in qua se hz ipsi in quo saturnus facit vnam circulationem ad ipsi in quo iupiter facit vna. iupiter posset suam circulationem facere in minori tpe qz saturnus. et tamen eque velociter mouerent. vel ad huc iupiter tardius moueret saturno. nam si iupiter duas faceret circulationes iteri q saturnus faceret vna. ad huc iupiter non transiret de spacio sicut saturnus in faciendo vnam. et ideo bene stat orbis planetarum inequaliter circuire centz motibus proprijs. et tamen eque velociter moueri. vel ad huc orbem illum velocius moueri qui tardius complet suam circulationem et id magna est differentia inter moueri velocius. et circuire velocius. nam ptes circūferētiales alicuius circuli moti circa

centrum suū quiescens mouentur velocius q̄ partes cen-  
trales. ⁊ tamē non circūnt velocius. **C**Secūda cōclusio. ali  
qui orbes inferiores aliquibus orbibus superioribus velo-  
cius complent suas circuitiōnes motibus proprijs. p̄z nam  
docet experientia iouē citius circūire centrū mundi eundo  
de signo in signum q̄ saturnum. ⁊ mars circuit citi⁹ ioue. ⁊  
sol citius marte. ⁊ luna citius sole. **C**Tertia cōclusio. non  
oꝝ q̄ quāto orbes planetarū sunt inferiores tanto velocius  
cōpleant suas circuitiōnes. ⁊ semper intelligit̄ de motibus  
proprijs. p̄z de venere ⁊ de mercurio qui sunt inferiores so-  
le. ⁊ tamen non cōplēt suas circuitiōnes tardius. ⁊ si modū  
cōtardius vel velocius. hoc tamen non est secundū illam  
proportionem secundūz quā sunt inferiores. **C**Sed in xta  
istam probationem est sciendum q̄ aliqui posuerunt so-  
lem ⁊ mercurium ⁊ venere in eodem orbe. sed diuersi-  
tates apparentes in eorū motibus saluabāt ex hoc q̄ po-  
suerunt solem non habere epicyclum in illo orbe. sed mer-  
curiū habere vnum epicyclum. ⁊ venere vnum alium.  
**C**Sed contra istud. q̄ venus sit sub sole ⁊ mercurius sit  
sub venere arguitur p̄tio. q̄ cum sol sit sors calorū ⁊ lumi-  
nis ⁊ regula omnium planetarū ad modum cordis de-  
bet esse in medio eorū. ⁊ hec ē sūa ptbolemei ⁊ afraga-  
ni ceterorūq; exptorū in astrologia. **C**Secūdo q̄ maior di-  
uersitas aspectus reperitur in mercurio q̄ in venere. ⁊ ma-  
ior in venere q̄ in sole. ⁊ hoc ipsis se habētibus vniformi-  
ter ad zenith capitis ⁊ ad quēlibet p̄ctū orizontis. Ubi autē  
ceteris paribus maior est aspectus diuersitas ibi est maior  
ad terrā propinquitas. **C**De ea at̄ quare orbes inferiores  
orbibus superioribus suas cōplēt circuitiōnes velocius sūt  
opiniones. **C**Prima est opinio que imaginatur q̄ hoc sit  
p̄pter maioritātē resistentiē. Unde q̄ orbes planetarū mo-  
uentur p̄tibus motibus. s. motu diurno ⁊ motu in obliquo  
circulo. ⁊ q̄ motus diurnus maior ē bz virtutes in orbib⁹  
superioribus q̄ inferioribus. id magis retardat motū orbi-  
um superiorū q̄ inferiorū. ⁊ maiore in ibi facit resistentiam  
q̄ facit in orbibus inferioribus. p̄pter hoc q̄ motus diur-  
nus ⁊ motus orbium planetarū in obliquo circulo sunt ad  
diuersas d̄tias pōnis q̄ autē motus diurnus maiorem fa-  
ciat resistentiā in orbibus planetarū superioribus q̄ inferio-  
ribus. vñ eē eo q̄ orbes planetarū superiores sunt propin-  
quiores p̄tio mobili q̄ ex se mouetur motu diurno ⁊ suo  
motu mouet alios orbes inferiores cōsimili motu. **C**Sz  
breuiter istud non pōt stare quia in celo nō est aliqua talis  
resistentia seu impedimentum. nā illa esset rōne contrarie-  
tatis vel p̄trarie inclinātionis. inō in celo nō videt̄ esse talis  
p̄trarietas. Et ex alio. nā prius probatum ē motū circulari  
nō esse aliū motū contrariū. ⁊ per p̄ns motus diurn⁹ mo-  
tū planetarū in obliquo circulo nō est contrariū. nec re-  
sistens nec ipedens aliquo inō motū planetarū propriūz.  
**C**Alia opinio imaginat̄ q̄ causa quare orbes planetarū  
superiores tardius cōplēt suas circuitiōnes est p̄pter ma-  
gnitudinem orbū. Unde nō obstāte q̄ intelligentiē orbū  
superiorū sunt maioris virtutis ⁊ maioris p̄fectionis q̄ in-  
telligentiē orbū inferiorū. tñ q̄a habēt reuoluerē orbes mul-  
to maiores q̄ sint orbes planetarū inferiorū inde est q̄ re-  
uoluit eos tardius. verbī gratia. intelligentiā orbis saturni  
est multum maioris p̄fectionis q̄ intelligentiā orbis lūe.  
Et ideo bene concederem si orbis saturni eēt ita parūns si-  
cut orbis lūe q̄ sua intelligentiā multum citius ipsam re-  
uolueret q̄ reuolueret orbis lūe. Et etiā si orbis saturni  
haberet cōsimilem proportionem in magnitudine ad or-  
bem lūe qualem habet proportionem intelligentiā orbis  
saturni in p̄fectione ad intelligentiā orbis lūe. tūc eā  
velociter p̄fecte orbis saturni ⁊ orbis lūe reuoluerentur  
Sed q̄a orbis saturni ad orbem lūe multo maiorē habet  
proportionem in magnitudine q̄ habeat intelligentiā orbis  
saturni ad intelligentiā orbis lūe in p̄fectione. inde est  
q̄ multo tardius reuoluitur orbis saturni q̄ orbis lūe. ⁊  
hoc motu proprio. non obstāte q̄ sua intelligentiā est ma-  
ioris p̄fectionis q̄ intelligentiā orbis lūe. ita q̄ finaliter  
ista opinio imaginatur causas questionis p̄positē. scilicet  
q̄ vnus orbis planete reuoluitur tardius ⁊ alter velocius

esse determinatum excessum intelligentiarum inuicem in  
vigore. cōbinando adiuicem magnitudines mobilitatē ⁊  
velocitates circulationum. cum enim virtus intelligente  
mouentis sic terminata ipsa non moueret quātūcūq; mo-  
bile nec quacūq; velocitate licet nulla esset resistentia: qd  
patet in simili de lucido finite potentie quod non illuminat  
diaphanum in infinitum licet non sit resistentia in ipso dia-  
phano. ita etiā in proposito imaginandum est. licet in orbi-  
bus non sit resistentia ad intelligentiam mouentem. tamē  
quia sunt finite potentie non mouent orbes quātūcūq;  
magnos q̄tactūq; velocitate motu reuolūtionis ⁊ circū-  
tionis. **C**De orbibus autem solis. veneris ⁊ mercurij. q̄  
eque velociter reuolūntur. dico q̄ hoc est propter hoc q̄  
ibi eadem est proportio p̄fectionis intelligentiarum adiu-  
uicem. qualis est proportio magnitudinum suorum orbūz  
adiuicem quos mouent. ita q̄ qualem proportionem ha-  
bet orbis solis ad orbem veneris in magnitudine talem eti-  
am proportionem habet intelligentiā orbis solis ad intelli-  
gentiā orbis veneris in p̄fectione. ⁊ ideo ita cito sicut i-  
telligentiā solis reuoluit suum orbem magnum. intelligentiā  
veneris minoris p̄fectionis reuoluit suum orbem minoris  
magnitudinis. ⁊ mercurius similiter suum. Sed quia  
quantum ad alios orbes planetarum non est cōsimilis p̄-  
positio p̄fectionis intelligentiarum adiuicem qualis est  
proportio magnitudinum orbūz adiuicem. inde est q̄ il-  
li orbes a suis intelligentijs dissimiliter reuolūntur.

**Ad rationes** prime due bene probant q̄ or-  
bes planetarum superiorum  
mouentur velocius q̄ inferiorum. sed propter hoc non oꝝ  
q̄ reuolūntur ⁊ circūnt velocius. vnde si essent duo ho-  
mines. s. sol. ⁊ p̄o. ⁊ sol. deberet circūire ecclesiam nostre  
domine. ⁊ p̄o villam parisiensē. possibile esset p̄fones in  
centuplo velocius moueri q̄ fortes. ⁊ tamen sol. citius cō-  
pleret suam circuitiōnem q̄ p̄o De tertia ratione quid sit  
dicendum p̄z ex q̄ōne. Et sic finitur questio.

**C**Paucioribus eniz sol ⁊ luna mouentur moti-  
bus q̄ erraticorum astrorū quedam ⁊c. **Textu**  
**cōmēti sexagesimi.** **Questio xviii.**

**Ad decimum** p̄positorū. erat  
vtrū sol ⁊ luna pau-  
cioribus debeant moueri motibus q̄ alij pla-  
nete. Et arguitur primo q̄ non. q̄ naturalia  
debent esse rationabiliter ordinata. ⁊ q̄ sup-  
ma sphaera vno solo motu mouetur. rōnabile

est q̄ sphaera quanto sunt sibi propinquiores tanto paucior-  
ribus moueantur motibus ⁊ ideo videtur q̄ sphaera imme-  
diata post sup̄remam debeat moueri duobus motibus. ⁊  
tertia tribus. ⁊ quarta quatuor. ⁊ sic vltimus. ⁊ si est sic  
sphaera solis pluribus mouetur motibus q̄ sphaera martis. ⁊  
similiter q̄ sphaera iouis. ⁊ sic vltimus ascendendo. istam ra-  
tionem facit Aristo. in littera. **C**Secundo corpus nobiliss  
plures debet habere operationes. vnde homo plures ha-  
bet operationes q̄ brutum. ⁊ brutum plures q̄ planta. s. s  
sol est nobilior planeta q̄ venus ⁊ mercurius. ergo etiam  
debet habere plures mot⁹ q̄ habeat venus ⁊ mercurius.

**Oppositum** vult Aristote. ⁊ similiter astro-  
logi.

**De ista** q̄ōne quantum ad q̄ est. non dubitat in  
p̄posito. imo p̄supponit q̄ sol ⁊ luna pau-  
cioribus mouentur motibus q̄ alij planete. hoc p̄supposi-  
to dubitatur p̄ quid ita sit. Istam dubitationem nūc sol-  
uere Ari. in ista: ⁊ est cōsilis dubitatio hūc. cum princeps  
habeat paucā actōem quare qui sunt sibi propinqui sicut p̄-  
positi vel balliū hnt valde multiplices actōes. ⁊ itez bar-  
genes q̄ sunt remotius ab ip̄o hnt pauciores actōes. i hoc  
n. nō vñ eē ordo p̄ueniēs. Et ita i celestib⁹. Cōstr dubitat  
cū primū mobile habeat vnicam actionem siue vnicū mo-  
tum. quō erit q̄ saturnus iuppiter ⁊ mars qui post sequū-  
tur. habent plures ⁊ sol qui postea sequitur habet paucos  
⁊ venus ⁊ mercurius qui solē sequūtur habēt p̄fes. ⁊ itez  
luna habet paucos. hoc videtur esse valde mirabile cū nō

appareat hic aliqua ordinatio. Aristo. soluit omnia ista per ordinem omnium ad vnum finem vltimum. quæ finem optime se habens attingit cum pauca actione. non aut optime se habens cum pluri actione. Alter aut nō potēs ad illam finem attingere attingeret ad vñ finem inferiorē. q̄ tñ est ordinatus & deseruiens ad illū finē principale. & tunc ad illam finem inferiorē attingendū nō indiget nisi pauca actione. sed aliter sequēs ad eundem finem attingendū pluri indiget actione. & sic in multis alijs. Consequēter videtur de principe & ballio & burgensibus. princeps enī & balliō intendit eōe bonum populi. ad quē finem princeps attingit cum pauca actione. s. consulendo & precipiendo. sed balliō & prepositi ad illū finem attingendū indigent plurib⁹ actionibus. sed postea vnus burgēsis qui remotior ē a principe non attingit illum finē nec intendit. imo intendit vnum finem inferiorē. s. diuitias & regimē pprie domus. qui tamen finis subordinatur fini primo ad quē tendit princeps cū balliō. q̄ ex diuitijs & bono regimine bonorum partia lium resultat bonum commune ciuitatis. Ad odo burgensium sine paterfamilias & filij sui & alij principales sui seruatores omnes ad eundem finē intendunt. s. ad commune pfectum domus. & ad illum finem attingendū paterfamilias pauca vitur actōe. s. consulendo & precipiendo. sed filij q̄tū ad hoc pluribus vituntur actiōibus. & seruatores pncipales adhuc pluribus. Postea magis recedendo venit coquus & pistoz qui non intendunt ad eōe bonū domi. sed quilibet eorū intendit quoddā paruale bonum. qd̄ indiget multa actione. Sic imaginādū de intelligentijs. hoib⁹. brutis. & plantis. homines enī & intelligentes tēdūt ad cōtēplationē diuinā. sed intelligentie cū sint perfectiores attingunt ad hoc p suas essentias sine actione eis inherente. sed hō qui est remotior a p̄io in perfectiōe indiget ad hoc multis actiōibus vt dictū finē attingat. bruta autem ad hoc non intendūt. sed ad aliquid multo minus. s. ad cognitionē sensitiuam. ad quā nō indigent tanta actōe sicut hō ad intelligere & tūc vltimas plante nō attingentes ad sensationem ēt pauca indigent actōe. Ita sicut de corporibus supercelestibus ē imaginādū. & hoc facit ad propositū. nā supponendū est qd̄ corpora celestia ordinantur ad regimē huius mundi inferioris s; differenter. q̄ spera stellata cū saturno ioue & marce habent proprietatem sup eē & durationē rerū & bonam p̄ter eius nobilitatem pficit suum officij vno motu. multe enī stelle plus operantur per vñ motum q̄ vna stella per multos. & ita tres dicti planete ad suū finem intentū consequendū indiget iam pluribus motibus. sed sol ven⁹ & mercurius dictū finem non sunt intēdentes sed vñ alium. q̄a eorū influentia est super motus & mutatiōes rerū que ē inferiori sine p̄io. & illū finē attingit sol pauca actione. vñs aut & mercurius cū sint inferiores sole ad hoc indigent pluri actione deinde est luna que ad illū finem nō intendit. s; ad alij inferiorē. s. ad disponendū mām in istis inferioribus ad bñ recipiendū influentias aliarum stellarū. & ad istas finem attingendū non indiget multa actione. Ex his p̄ res p̄ponio ad questionem. s. qd̄ sol & luna debent moueri paucioribus motibus q̄ alij planete. causa huius patet ex his que dicta sunt.

**Ad rationes** Ad primā. illa bene procederet si oēs planete suis motibus ad eundem finem intenderent vt puenirent. sed q̄ omnes orbis super solem intendunt ad vnum finem. & sol cū venere & mercurio intendunt ad alium. & luna ad alium. nō o; in situ orbium. Ad secundā. nego qd̄ corpus nobiliss debeat habere plures operationes in attingendo eundē finē. imo dico qd̄ pauciores. bene tamen pcedo qd̄ assignato vno corpore tendente ad vnum finem. & vno alio tendente ad vnum alium. verbi gratia sicut homine & bruto. bene est possibile inter ista corpora corpus nobiliss habere plures operationes. & non mirum qd̄ tendit in finem nobilissimam. Et sic est finis questionis.

**Ad hęc autē sub circularis corporis spera exi**

stentēz necesse est lata illa incalefcere. Et hac maxie cui sol extat isix⁹. Propter qd̄ approximāte ipso & oriente: & super nos existente generatur calor. &c. Tertu p̄menti quadragesimi secundi.

Questio.

**Tridecimum** xix.

propositoꝝ erat **Utrum spera solis per suum motum magis calefaciat ista inferiora q̄ alie sperę.** Et videtur qd̄ nō motus cāt calorē sicut ostēdit Aristo. p̄io methęororum. ergo motus veloci⁹ videtur cāre maiorem calorē. sed p̄imū mobile veloci⁹ mouet q̄ spera solis. ergo per suum motū maiorē videtur cāre calorē in istis inferioribus q̄ spera solis. Secūdo spera solis nō pōt causare calorē in istis inferioribus. ergo qd̄ falsa. consequetia nota est de se. an̄s probatur. nā dato qd̄ posset. tunc spera solis potest eē calida. sed hoc est falsum ex eo qd̄ orbis celestes nō sunt susceptiui qualitatum alteratiuarū; dispositionem ad corruptionem. de numero quarum ē caliditas. Tertio. si sic vel hoc esset immediate vel mediate. nō immediate. p̄ hoc. qd̄ spera solis nō tangit ista inferiora. si mediate hoc esset medianibus alijs speris intermedijs inter ista inferiora & solem. sed probō qd̄ nō. qd̄ si calefaceret ista inferiora medianibus illis speris hoc esset agēdo aliquid in illas speras. sed nō apparet qd̄ spera solis aliquid agat in speram lune. qd̄ vel hoc esset motus localis v; aliqua qualitas. nō potest dici p̄imum. qd̄ nullas mot⁹ localis qui ē in orbe lune agitur a spera solis sed ab intelligētia orbi lune appropriata vel a p̄imo mobili vel ab orbe celesti sibi immediato. nec etiam pōt dici qd̄ spera solis agat in speram lune aliquam qualitatem per suum motū. nō enī agit in ipsa caliditate ex eo qd̄ spera lune nō est calefactibilis. Si at agat in eā lunē de hoc nō agit in pposito. qd̄ nō querimus nisi de actione per motū localem mō equaliter spera solis ageat in sperā lune. & in ista inferiora si quiesceret sicut mō cū mouetur. Quarto motus nō calefacit nisi disgregando vel sterendo. sed motus spe solis. & sicut cuiuscunq; orbis celestis nō disgregat nec cōterit ista inferiora. qd̄ p̄ de terra aqua & aere nobis p̄pinquis. qd̄ sepe videm⁹ oia ista eē in trāq̄llitate magna & gete nō obstante & continue celum moueat. nec pōt dici qd̄ celū disgreget p̄ suū motū speram ignis sibi p̄inctā. nā illa mouet simul cū celo motu diurno sic ostēdit Ari. p̄io methęor. mō illud qd̄ mouet simul cū aliis nō disgregat. ab ipso. sicut p̄ de hoibus extrubus in nauis. qd̄ cū mouentur ad motū nauis nō disgregantur per ip̄s. Quinto si spera solis ageret in ista inferiora p̄ suū motū maiorē caliditate q̄ alie sperę. vel hoc eēt rōne sue magnitudinis. vel eēt rōne velocitatis sui motus. vel rōne p̄inquantis ad nos. vel d̄retur. qd̄ hoc eēt rōne lucis solis. Si dicatur p̄imū hoc nō valet. qd̄ tunc maiores sperę spera solis que sunt sup solē maiorē deberent gnare calorē in istis inferioribus q̄ spera solis. & h̄c propositū. Si dicatur scd̄m hoc itēz nō valet. qd̄ tūc p̄imū mobile cū veloci⁹ mouetur spera solis. & sicut spera lune maiorē deberet cāre calorē in istis inferioribus q̄ spera solis. Si dicat 3m hoc iterū nō valet. qd̄ tē spera lune cū sit nobis p̄pingor q̄ spera solis deberet nos plus calefacere p̄ suū motū q̄ spera solis. Si dicat vltimū hoc nō ē ad ppositū. qd̄ nō q̄rim⁹ p̄posito de actōe celi p̄ lunē vel lucē. sed solum de actōe celi per motum localem.

**In oppositum** Uf eē Ari. hic & i p̄io methęor. & ēt cōis auctoritas astrologoz. & ēt exp̄iētia. In ista. qd̄ne ē p̄supponēdū qd̄ res sit mot⁹ localis: s; hoc p̄inet ad 3m p̄ycor. Sicut h̄ p̄supponēdū ē quōd mot⁹ localis calefacit. sed hoc p̄tinet ad p̄imū librū methęor. Et iō istis dimissis & p̄suppositis videndum est de questio.

 le est eidem corpori inesse naturaliter distinctos motus in  
 spece secundum naturam propriam. cu3 hoc tamen bene  
 fiat vni corpori simplici inesse plures motus distinctos spe-  
 cie. & hoc naturaliter. quorum vnus inest ei secundum na-  
 turam propriam. alter vero secundum naturam comunem.  
**C**irca illud dubitatur quis illorum motuum sit magis  
 naturalis. **V**trum ille qui inest corpori secundum naturam  
 propriam. vel ille qui inest corpori secundum naturam co-  
 munem. vel an sint eque naturales. **R**espondet qd mo-  
 tus qui inest corpori secundum naturam comunem est  
 magis naturalis. puta motus quo moverentur corpora ad  
 replendum vacuum. **E**t ratio huius est ista. quia videmus  
 qd corpora dimittunt sua loca propria & naturalia. ad que  
 sunt mobilia naturaliter secundum naturam eorum propi-  
 am. & moverentur ne fiat vacuum motu qui est eis secun-  
 dum naturam comunem quod patet. nam cu3 aliquis pon-  
 nit aliquam fistulam ad aquam & extrahit per os aere3 de  
 fistula. aqua dimittit locum suum & ascendit in fistulam. &  
 hoc est signum qd plus inclinatur ad motum per quem ca-  
 uetur vacuum. qd ad motum quo est mobile ad locuz pro-  
 priam. **E**t nota qd per naturam comunem non intelligo  
 aliquam rem que inest pluribus corporibus. Sed hoc vo-  
 co inesse corporibus secundum naturam comunem. quod  
 inest vni corpori naturaliter. & consimiliter inest alijs corpo-  
 ribus distinctis ab illo specie. **E**t sic e de moveri ne fiat va-  
 cuuz. hoc enim inest omnibus corporibus. vnde anteq3 na-  
 tura permitteret vacuum. celum descenderet & impletet.  
 sicut dicit comentator quarto phisicorum. vnu3 est tamen  
 qd aliqui dixerunt. qd sic insequi corpora ne fiat vacuum in-  
 est solum aeri & aque. que sunt elementa media. que quia  
 sunt gravia & leuia possunt moveri indifferenter huc vel il-  
 luc. sed sicut dicant non sic est de elementis extremis. quod  
 vnus vnus est simpliciter grave. & aliqd simpliciter leue.  
**S**ed breviter illud non valet. **N**am ad sensuz videmus  
 quod vnus ascendit per fistulas subtracto aere. per quod co-  
 lum terram ascendere ad sequendum corpus aliqd natura-  
 ler. sicut facit aer vel aqua.

**Quantum** ad secundum articulum sciendum  
 qd de hoc sunt plures opiniones.  
 vna est opinio qd projectum post exitum eius a manu pro-  
 iicientis mouetur ab aere insequente projectuz. vnde ima-  
 ginatur ista opinio qd cum projectum exit velociter a loco i-  
 quo erat natura abhorrens vacuum velociter mittit aere3  
 ad replendum locum. qui quide3 aer velociter sequens at-  
 tingit ad projectum. & ipsum ultra pellit. **V**enit ista  
 opinio non videtur esse sufficiens. nam licet projectum bene  
 insequatur aer ne fiat vacuum. tamen ille aer non vide-  
 tur esse causa motus ipsius projecti. nam ille aer quando in-  
 sequeretur projectum & tangeret ipsum. quia aer est facili-  
 ter diuisibilis. & projectum non. latera aeris diuiderentur  
 abinuicem. & sic non impelleret projectum ultra. **S**ecun-  
 do. nam secundum istam opinionem non posset reddi cau-  
 sa que moueret rotam vel molam fabri longo tempore post  
 qd manus mouens esset ablata. vnde no potest dici qd hoc  
 fit aer insequens ex eo qd continue illa mouentur in eodem  
 aere. nec ita aer illa insequitur. sicut bene insequitur sagittam  
 vel aliquod tali modo projectum. **T**ertio. na videmus  
 qd si aliqua nautis plena feno vel straminib3 mouveretur ab  
 oriente versus occidentem in aliquo fluvio post ablatione  
 trahentis sepe palee retro nautem mouentur contra ouen-  
 tes. **E**t tamen deberet esse opposito in modo. si aer insequens  
 moueret. **S**ecunda est opinio qd manus mouendo pro-  
 iectum moueret etiam aerem circumstantem & locantez ip-  
 sum projectum. & iste aer qui est innatus velociter moueri  
 deserit secum projectum tanq3 vas illud quod est in vase.  
**I**sta opinio etiam non est sufficiens. **N**am dubitatur a quo  
 moueatur ille aer postq3 manus cessat impellere & moue-  
 re. & sic manet tanta dubitatio de illo aere a quo moueatur  
 sicut erat de projecto. **S**i dicatur qd iste aer mouetur a  
 sua leuitate que quidem leuitas aere velociter moto inna-  
 ta est retinere diu vim motiuam. hoc non valet. quia leui-  
 tas non est nata mouere nisi sursum. & projectio potest fieri  
 tam sursum. qd deorsuz. qd ad latus. **S**ecundo. ista opi-  
 nio non posset saluare quid moueret molam fabri. que ve-  
 lociter impulsu valde diu adhuc verteretur no obstant qd  
 aer vndiq3 circumstans abstergeretur vel astringeretur.  
**T**ertio. nam aer quantuncuzq3 est velociter motus. ip-  
 se est valde facilius diuisibilis. **I**deo non apparet quomo-  
 do posset tam longo tempore sustinere in alto lapide pon-  
 deris centum vel mille librarum projectuz per machinas.  
 vel per aliquod aliud instrumentum. **Q**uarto iuxta ista  
 opinionem sequeretur qd longius posseimus projicere plu-  
 mam qd lapidez. & minus graue qd magis graue. **S**i eent  
 consimilia in figuris & in magnitudinibus. consequens est  
 contra experientiaz. consequentia tenet ex eo qd magis gra-  
 ue videtur magis resistere aeri mouenti ipsum sursum qd  
 pluma. vel minus graue. **Q**uinto. si aer quem proyici-  
 ens mouet cum lapide est tante virtutis qd possit velociter  
 ferre magnum lapidem projectum tunc videretur qd si si-  
 ne lapide aliquis proyiciens pelleret aerem contra focum  
 suum. qd ille contra quem pelleretur aer multo maiorem  
 impetum deberet percipere qd percipit. **T**ertia est opi-  
 nio quam reputo veriozem. qd projectum post exituz eius  
 a manu vel recessum a proiciente mouetur a quadam vi  
 seu impetu sibi impresso ab ipso proiciente. **E**t sicut tan-  
 dem illa virtus motiua sic sibi impressa remittitur vsq3 ad  
 non gradum projectum. desinit moueri motu projectio-  
 nis. **E**t secundum istam opinionem possunt saluari appa-  
 rentia iuxta motum projectionis. **P**rimo quidem quare  
 proyiciens remotius proyicit lapidem qd plumam. huius  
 quidem ratio est ista. quia in lapide plus est de materia qd  
 in pluma. & etiam est magis compacta. **I**deo illa virtus  
 motiua fortior. & maior imprimitur lapidi qd plumae. & et-  
 iam distius retinetur recte sicut videmus qd ferro fortior  
 imprimitur calor quam ligno. & hoc propter dempitatez  
 & compactitatez materie. **I**uxta etiam istam opinionem  
 redditur causa propter quam lancea longa plus perforat  
 qd ferrum sine lancea. huius quidem causa est. quia in

lancea longa plus recipitur de illo impetu q̄ in ferro solū. Et si queritur que res sit talis impet⁹. certe hoc magis pertinet ad inuestigationem metaphysicam q̄ ad inuestigationem naturalem. Ex his patet q̄ motus proiecti non est plectio naturalis sed violenter. patet hoc. quia talis motus prouenit ab aliquo impulso ipsi proiecto ab extrinseco. Sed diceret. contra talis motus est a principio intrinseco moti. ergo naturalis. Respondet negando consequentiam. nam vltra hoc requiritur q̄ naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

**Ad rationes** Ad primam quando dicebatur. sequeretur q̄ aer in tali motu nunquam desineret moueri. negatur consequentia. et ratio huius est. quia in tali motu aer rarefit et condempnatur vltra gradum raritatis vel dempsitatis sibi debiti. et ideo aer appetens redire ad statum pristinum tandem desinit a tali motu. Ad secundam proiectus ad latus. placet mihi. tu dicebas q̄ aer tunc non insequitur naturaliter. dico q̄ imo. et vltimus dico q̄ hoc est mediante forma tanq̄ mediante principio actiuo principali. et mediante lenitate. tanq̄ instrumentali et quando dicebatur lenitas non inclinatur nisi ad motum sursum. dico q̄ hoc est verum quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam commune sibi et alijs sicut est in proposito ne fiat vacuum. lenitas bene monet ad latus. seu ad aliam differentiam positionis q̄ sursum. Ad tertiam. ista bene probat q̄ proiectus moueretur naturaliter. et hoc si aer precedens ipsam moueretur naturaliter. quia ille pellitur sicut proiectum. tamen non oportet: si aer insequens proiectum moueatur naturaliter: q̄ ergo proiectus moueatur naturaliter. quia aer insequens nō pellitur sicut pellitur proiectum. Et ideo dissimile est de motu proiecti. et de motu aeris insequentis proiectum. quare et c.

**Totaliter autez temptare simplicia corpora figurare irrationabile et c. Tertio celi. Textu cōmenti sexagesimiferti.**

**Questio xiiii.**

**Enc** Restat vltimo querere circa figuram corporum simplicium elementarium et quantum ad hoc queraz vnicam questionem scilicet. vtruz elementa quatuor determinent sibi figuras a natura. et videtur q̄ sic. Nam quintus corpus simplex. scilicet celum determinat sibi figuram a natura. scilicet sphericam vt prius dictus est. ergo videtur q̄ alia quatuor corpora simplicia. scilicet elementa determinent sibi figuras a natura. Secundo. quia per rationes geometricas probatum est q̄ non sint nisi quinqz figure corporum regularium secundum speciem que sunt simplicissime. Igitur videtur q̄ illas figuras sibi determinant quinqz corpora simplicia. scilicet celum et quatuor elementa. sic q̄ quodlibet eorum determinat sibi vnaz earū.

**Tertio.** corpora determinata ad maximum vel ad minimum vtique determinant sibi aliquam figuram a natura. quia determinata ad maximum vel ad minimum determinantur ad finitatem. omne autem finitum est figuratum. corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimum. quod patet ex secundo de anima. vbi dicitur omnia natura constantium posita est ratio magnitudinis et augmenti. Hoc ideo videtur posse elici ex secundo physicorum. Quarto aqua determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo et cetera elementa. consequentia tenet. quia non videtur esse malo: ratio de vno elemento q̄ de alio. Antecedens videtur esse evidens ex intentione Aristoteli. secundo huius. vbi probat q̄ ipsa est spherica. quia aliter partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. Quinto. eadez est figura totius homogenei et cuiuslibet eius partis. aliter enim non esset homo generum. sed particulare aque videntur tendere ad sphericitatem. sicut patet de gutta rosis et pluuie. ergo ita videtur

esse de tota sphaera aque. Sexto ignis determinat sibi aliam quam figuram a natura. ergo et alia elementa. consequentia tenet. antecedens probatur. quia determinat sibi figuram pyramidalem. patet hoc. quia cum ascendit non ascendit nisi secundum figuram istam scilicet pyramidalem sicut docet experientia. ergo et c.

**Oppositum** videtur esse de intentione Aristoteli in littera. In ista questione erunt quatuor articuli principales. In quorum primo recitabo opinionem antiquorum de figura corporum simplicium. In secundo improbationem eorum antiquorum quas ponunt Aristoteles et commentator. In tertio dubitabitur de vno quod Aristoteles et commentator assument in improbando opinionem antiquorum. In quarto articulo respondebitur ad questionem.

**Quantum** ad primum sciendum est q̄ erat opinio antiquorum. q̄ corpora simplicia. sicut celum et elementa determinarent sibi figuras a natura. vnde considerauerunt q̄ corpora mathematica regularia sunt. et non plura. scilicet tetracedron. exacedron. octocedron. duodecedron. et icocedron. Et quia etiaz corpora simplicia naturaliter sunt. et non plura. scilicet quatuor elementa et quinta essentia. crediderunt q̄ quodlibet istorum corporum simplicium determinaret sibi vnam illarum quinqz figurarum regularium. Unde dixerunt terram esse corpus exacedron. seu corpus cubice figure: seu corpus sex superficiebus regularium. Et hoc ideo. quia corpus cubicum seu exacedron est magis fixum et immobile et minus aptum ad motum. Et quia sic est de terra. ideo attribuerunt terre figuram cubicam seu figuram exacedron. Dixerunt autem aquam esse corpus icocedron. seu corpus ex duabus superficiebus regularibus. quia aqua omnibus alijs est corpus magis rotabile et minus stabile. terminabile terminis alienis. et difficulter terminis proprijs. et hoc ipsi attribuerunt aque propter multitudine angulorum. quos habet corpus icocedron. Attribuerunt autem neri figuram octocedron. et igni figuram tetracedron. scilicet figuram pyramidalem. et celo figuram duodecedron. et hoc propter causas que erant expresse in vna questione facta circa primus huius. Et aliud potest intelligi vel q̄ dicta corpora sibi se tota essent taliter figurata vel ex partibus particulis sic figuratis composita. videlicet q̄ terra sibi se tota sit cubice figure. vel q̄ particule ex quibus ipsa est composita sint cubice figure.

**Quantum** ad secundum articulum sciendum est q̄ Aristoteles et commentator improbant istam opinionem sic. nam si dicta opinio esset vera necessario sequeretur vacuum. quod tamen ipsi antiqui negabant. probatur consequentia. quia cum huiusmodi corpora simplicia sic figurata componerentur: non ita possent coniungi circa eundem punctum. quin inter ea remaneret vacuum. quia in superficialibus figuris regularibus tantum sunt tres figure que replent spacium superficiale scilicet circa eundem punctum scilicet trigonus quadratus et exagonus. In corporalibus autem figuris. sicut dicitur Aristoteles et commentator. sunt due tantum que spatius replent corporale circa eundem punctum scilicet pyramis et cubus. propter quod oportet solum illa duo corpora. scilicet quorum vnum est pyramidale. vel ex pyramidibus compositum. et aliud cubicum vel ex cubicis compositum. In aliquo numero accepta replere locum sine vacuo. Et ideo quantum esset de alijs tribus oporteret esse vacuum. licet hoc cui taretur per cubita et pyramidalia.

**Quantum** ad tertium articulum. dubitatur de hoc quod suppositum iam fuit in probatione opinionis antiquorum. supponitur enim q̄ corpora pyramidalia regularia in aliquo numero accepta possint replere locum. Dubitatur vtruz hoc sit verum. pro quo primo oportet supponere quid intelligatur in proposito per replere locum. pro quo sciendum q̄ replere locum potest intelligi vel in superficie vel in solido. replere locum

In superficie non est aliud q̄ replere totale spacium superficiale circumstans aliquem punctum in ista superficie imaginatum. Sed replere locum in solido est replere totum spacium corporale circumstans aliquem punctum imaginatum. Tunc pro conclusionibus aliquibus ponendis supponitur q̄ quilibet punctum in superficie imaginaturz circumstans spacium superficiale. quod valet quatuor angulos rectos ista patet ex primo elementorum euclidis. Tunc fit vna conclusio. Qd tres sunt figure regulares superficiales potentes replere locum in superficie. scilicet quadratus triangulus & eragonus. Istud probatur de quadrato. Nam si aliquem punctum circumponatur quatuor quadrata. occupabunt totum spacium superficiale circumstans illum punctum. quod patet. Nam totale illud spacium circumstans istum punctum valet quatuor angulos rectos precise: & tanta precise valet quatuor anguli quatuor quadratorum. quia cuiuslibet quadrati quilibet angulus est rectus. Dico secundo q̄ sex anguli trianguli regulares replent locum. quia angulus trianguli regularis seu equilateri valet duas tertias vnius recti. sicut elici potest ex propositione. 30<sup>a</sup> primo elementorum Euclidis. ergo sex tales anguli valent. 12. tertias anguli recti. s3 tales. 12. tertie faciunt quatuor rectos. scilicet quatuor angulos rectos. quantum est precise spacium superficiale circumstans aliquem punctum in superficie imaginatum: ideo sex anguli trianguli regulares circa eandem punctum positi replerent locum. Ad tertio q̄ tres eragoni regulares replent locum quia angulus eragoni habet quatuor tertias vnius recti. sicut potest elici ex iam allegata propositione primi elementorum euclidis. ergo tres tales que faciunt quatuor integra. scilicet quatuor angulos rectos replerent locum superficiale circumstantem aliquem punctum in superficie imaginatum. Dico quarto q̄ anguli pentagonorum vel eptagonorum & sic in infinitum in nullo numero combinati possunt precise replere locum. angulus enim pentagoni habet vnum rectum & quintam huius recti. tales autem tres combinati minus faciunt q̄ quatuor rectos. Quatuor vero combinati plus faciunt q̄ quatuor rectos. deinde nec eptagonus replent locum. quia angulus eptagoni valet vnum rectum & quinque septimas vnius recti. ergo duo tales sunt minores q̄ quatuor recti. & tres sunt maiores q̄ quatuor recti. Et breuiter vltra eragonum nullarum figurarum regularium anguli replent locum. quia omnium figurarum regularium vltra eragonum duo anguli sunt minores quatuor rectis. & tres sunt maiores quatuor rectis. Et vt quod dicitur melius intelligatur. pro sciendum quantum alienius figure regularis angulus valeat & etiaz quantum omnes simul. sciendum est q̄ cuiuslibet quadrati angulus est rectus. hoc patet per definitiones quadrati. & cuiuslibet trianguli regularis angulus valet duas tertias recti. istud patet. nam cuiuslibet trianguli anguli valent duos rectos. vt demonstratum est primo elementorum Euclidis. & cum anguli trianguli regularis sint sibi inuicem equalis. vt patet per definitionem figure regularis. sequitur q̄ quilibet angulus trianguli regularis valet duas tertias recti. vnde figura regularis dicitur cuius omnia latera sunt sibi inuicem equalia. & omnes anguli sunt sibi inuicem equalis. sic ergo scimus quantum valent anguli quadrati. & similiter trianguli. Ad sciendum autem consimile de alijs figuris regularibus superficialibus. sicut de pentagono. eragono. eptagono. & sic de alijs. est sciendum q̄ primo considerandus est numerus angulorum talis figure. quo considerato ab illo remoueantur duo. & illud residuum ostendet nobis numerum triangulorum in quos illa figura est resoluibilis. hoc autem scito duplicemus numerum triangulorum in quos ista figura est resoluta. & resultans ex tali duplicatione est numerus angulorum rectorum quos valent omnes anguli simul inuncti illius figure. cuius angulorum valet querebas. Terbi gratia. Si volo scire quot angulis rectoris equivalent anguli pentagoni regularis considerabo q̄ quibus sunt anguli pentagoni. a quibus remouebo duos. & remanebunt tres. dico ergo q̄ pentagonus resoluibilis

est in tres triangulos. & quia trium triangulorum anguli valent sex rectos. quod patet duplicando tria. dicam q̄ omnes anguli pentagoni regularis simul inuncti valent sex rectos. & p̄ consequens vnus angulus pentagoni valet vnum rectum. & quintam partem recti. & q̄ eragoni sunt sex anguli. remouebo a sex duo. & remanebunt quatuor. in tot eragoni triangulos eragonus est resoluibilis. & si quatuor duplicemus resultant octo. & tot angulis rectoris equivalent anguli eragoni simul inuncti. propter quod vnus angulus eragoni regularis valet vnum rectum & tertiam partem recti. quod patet. Nam si octo anguli recti distribuuntur sex angulis eragoni. cuiuslibet angulo eragoni cadit vnus rectus. cum sexta parte duorum rectorum. sexta autem pars duorum rectorum e vna tertia recti. & sic quilibet angulus eragoni regularis valet quinque tertias vnius recti. Cf inaliter ergo recolligendo conclusionem primam. dico q̄ sol3 tres figure regulares superficiales replerent locum superficiale. scilicet triangulus quadratum & eragonus non distinguendo quadratum contra quadrangulum vel triangulum. De corporibus autem replentibus locum in solidis dicunt Aristoteles. & comentator q̄ talia sunt. scilicet cubus. & pyramis. de cubo non est dubium. Et ideo fit secunda conclusio. q̄ in solidis. 8. cubi aggregati circa vnum punctum totum spacium circa ipsum replent ad omnem differentiaz. quod patet. Si intelligamus tres lineas in aere intersectare se orthogonaliter. sicut apparet i tribus pallis sibi mutuo applicatis. que faciunt duodecim angulos rectos. sicut patet inter illas lineas superius interceptentur quatuor cubi sine interuallo. Et inferius alij quatuor. ita q̄ quatuor supra sectionem. & quatuor infra sectionem. que simul faciunt octo totum spacium circumstans sectionem occupabunt. De pyramidalibus autem regularibus dicit comentator q̄ duodecim pyramides regulares replent locum. & hoc ipse sinitur probare tertio huius. quorumcumq̄ angulorum corporalium anguli superficiales equivalent angulis superficialibus angulorum octo cuborum illi anguli possunt replere locum in solidis. Sed anguli superficiales duodecim angulorum pyramidalium equivalent angulis superficialibus octo cuborum. ergo & maiores relinquunt tanq̄ per se manifestam. ex eo q̄ anguli octo cuborum replent locum. sed minorem probat. pro quo supponitur q̄ angulus cubi solidus claudit tribus angulis superficialibus rectoris. & sic octo anguli cuborum solidi clauduntur vigintiquatuor angulis superficialibus. Sed quia angulus solidus pyramidis regularis trium superficialium clauditur tribus angulis superficialibus equivalentibus duobus angulis superficialibus rectoris. sequitur q̄ anguli solidi duodecim pyramidum clauduntur etiam viginti quatuor angulis rectoris superficialibus. & sic tot angulis rectoris superficialibus clauduntur anguli solidi. 12. pyramidum regularium quot clauduntur anguli solidi octo cuborum. & hoc erat intentum. Secundo. nam sicut se habet triangulus in plano ita se habet pyramis in solido. Sed aliquot trianguli replent locum in plano. ideo aliquot pyramides replerent locum in solido. Et ex quo sex trianguli regulares replent locum in plano videtur q̄. 12. pyramides replerent locum in solido. consequentia videtur tenere per hoc. Nam sicut numerus cuborum replentium locum in solido est duplus ad numerum quadratorum replentium locum in plano. q̄ octo cubi replent locum in solido. & quatuor quadrata replent locum in plano. Ita videtur q̄ numerus pyramidum replentium locum in solido debeat esse duplus ad numerum triangulorum replentium locum in plano. Contra istam opinionem salua reuerentia comentatoris fit tertia conclusio. q̄ duodecim pyramides regulares non replent locum in solido. quod probatur sic. nam recipiam aliquam superficiem planam. & signabo in ea punctum. & sit. a. & assignabo super punctum istum sex triangulos equilateros qui replent locum in superficie circa punctum istum. quod est possibile sicut comentator concedit. & ostensum est prius demonstratiue. deinde supra quemlibet istorum triangulorum tanquam supra basim erigam pyramidem regularem

trium laterum: quo facto erunt ibi sex pyramides contin-  
gentes vel continētes se in puncto. a. deinde imaginor vna  
lineam perpendicularē se in illa superficie erectam directe.  
ad. a. punctum in sursum. que sit. a. b. quo facto iste sex py-  
ramides nunq̄ tangunt istam lineam nisi inferius in pun-  
cto. a. sicut patet volenti considerare. et per cōsequens iste  
sex pyramides nullam omnino solidum constituent. De-  
inde ex alia parte eiusdem superficiē imaginor alias sex py-  
ramides supra easdem sex bases constitutas. et in eodem  
puncto. a. contingentes se. et imaginor. b. a. protrahi dire-  
cte in deorsum in. c. erit ergo. b. a. c. linea tota in vacuo ex  
vtraq̄ parte: et nihil solidum constitutum est circa punctū  
in quo contingunt se. 12. pyramides. imo sunt ibi sex corpo-  
ra. quorum quodlibet constitutum est ex duabus pyrami-  
dibus in cōmuni base confictis. quorum nullam alteri con-  
tangit s̄m superficiem. Sed tantum eorum superficies  
lineis se cōtingunt. patet ergo qd̄ duodecim pyramides be-  
ne possunt se contingere circa eundem punctum cōmune.  
sed nullo modo implebant locum. nec ratio cōmentatoris  
salua sui gratia est alacius valoris. supponit. n. qd̄ quicūq̄  
anguli corporales continentur ab angulis superficialibus eq̄-  
valentibus vigintiquatuor angulis superficialibus rectis.  
qd̄ illi impleant precise locum. modo hoc est falsum. Nam  
si hoc esset verum. sequeretur qd̄ tres cubi vna cuz sex cor-  
poribus superficialibus resultantibus ex diuisione trium cu-  
borum replerent locum. modo hoc est falsum. ex eo qd̄ ta-  
les tres cubi vna cum talibus sex corporibus superficiali-  
bus non valent nisi sex cubos: sex autem cubi non replent  
locum. probatur consequentia. ex eo qd̄ omnes anguli soli-  
di simul iuncti trium cuborum et sex talium corporum su-  
perficium clauduntur angulis superficialibus equiva-  
lentibus vigintiquatuor angulis superficialibus rectis. Ex eo  
qd̄ angulus cubi solidus continetur tribus angulis superfi-  
cialibus rectis et angulus solidus talis corporis superfi-  
cialis clauditur duobus angulis rectis superficialibus cuz di-  
midio. et sic anguli solidi talium sex corporum superficiali-  
um clauduntur angulis superficialibus rectis equiva-  
lentibus quindecim angulis rectis. et tres anguli trium cubo-  
rum nouem rectis. Sed quindecim et nonē faciunt vigin-  
tiquatuor. ergo et c. Secundo sequitur qd̄ octo cubi non  
implerent locum. probatur consequentia. qz s̄m dictas su-  
positiones cōmentatoris sedecim corpora superficialia equi-  
valentia octo cubis non implerent locum: ex eo qd̄ sedecim  
anguli solidi superficialium corporum clauduntur angulis  
superficialibus non equivalentibus precise. 24. angulis su-  
perficialibus rectis. patet hoc ex eo qd̄ angulus corporis su-  
perficium solidus versus illam partem vbi fiebat diuisio  
cui clauditur duobus angulis rectis cum dimidio. et sic ta-  
les. 16. clauduntur angulis superficialibus equivalentibus  
4. angulis rectis: et ne laboremus in equiuoco. corpus su-  
perficium dicitur esse quodlibet illorum duorum que resul-  
tant ex diuisione cubi. cum cubus diuiditur diametraliter.  
que diuisio cadit super angulos cubi apparentes. Ex quo  
patet qd̄ precise tantum valent duo corpora superficialia q̄  
tum vnus cubus. sic ergo primo visa est opinio cōmenta-  
toris. s. qd̄ 12. pyramides regulares replent locum. Et se-  
cūdo ratio sua. et tertio improbatio sue opinionis. Et quar-  
to ostensus est defectus sue rationis qua credidit se demon-  
strasse. Nec propter hoc volo improbare Aristotē. quia Ari-  
stotē. non dicit qd̄ 12. pyramides regulares replent locum.  
Sed bene dicitur qd̄ pyramides est vnā de corporib⁹ que  
in aliquo numero accepta possunt replere locū. Sed quot  
pyramides hoc faciunt non exprimit. Et ideo s̄m Aristotē.  
diceretur ad dubitationem motam. quantum ad tertium  
articulū questionis. qd̄ pyramides regulares in aliquo nu-  
mero accepte replent locum. sed in quo numero hoc faci-  
ant ipse si dicit. Et si aliquo numero forte hoc sunt viginti.  
De hoc autē alias si deo placuerit profūdus perscrutabor.

**Quantum** Ad quartum articulum sciendū:  
a natura est ipsam habere aliq̄ figuram determinatam. et  
non posse habere aliam nisi violente. Secundo est scien-

dam qd̄ questio potest intelligi. vel de totali elemento: vel  
de parte eius. Tunc sit prima conclusio. qd̄ particule ele-  
mentorum non determinat sibi figuram naturaliter. pro-  
batur. qz aliter et aliter possunt figurari. nunc triangulariter  
nunc quadrata. secundum aliam et aliam figuram corporis  
continentis. sicut patet de aere et de aqua absq̄ eorum vio-  
lentia et corruptione. qualiter nō posset fieri de homine vel  
de asino. Secundo. omne recipiens debet esse denuda-  
tum a natura recepti. modo elementa per mixtionem quā-  
libet figuraz possunt recipere. nec aliquā sibi determinant  
nec aliquam habent sibi connaturalem: iam enim non pos-  
sent aliam recipere. sic enim arguit Aristotē. in primo phisicō-  
rum. et cōmentator in de substantia orbis. qd̄ materia pri-  
ma nullam determinat sibi formam substantialem. Nam  
tunc nullam aliam posset recipere. Tamen contra istas  
probationes dubitatur. prima quidem probatio non vide-  
tur procedere de omnibus elementis: non enim concludit  
de terra: que est solida. illa. n. non potest sic diuersimode fi-  
gurari. secundum diuersam figuram continentis. Contra  
secundam probationem dubitatur similiter. quando di-  
citur recipiens debet esse et c. Nam s̄m hoc oporteret  
qd̄ etiam elementa non haberent formas substantiales. ex  
eo qd̄ in mixtione quantlibet formam substantialem possunt  
recipere. Ad ista respondetur. Ad primum dico qd̄ licet  
terra non figuratur ad figuram continentis. hoc non est qz  
forma eius substantialis determinet sibi figuram quaz ha-  
bet. sed hoc solum est propter duritiem: quia non est fluxi-  
bilis. Etiam sufficit qd̄ sine corruptione ipsa terra posset di-  
uidi et figurari aliter et aliter sine eius violentia. Ad secū-  
dam. ista bene probant qd̄ oportet elementa carere formis  
substantialibus elementorum mixtorum. nam tales recipi-  
unt imitationem. non tamen propter hoc oportet elementa  
carere formis substantialibus elementarib⁹. Ex ista con-  
clusionē sequitur. qd̄ non potest fieri transmutatio. particu-  
le elementi de figura in figuram q̄ sit ei violenta. patet hoc  
ex eo quia nulla est sibi naturalis. verum tamen potest esse  
violentia aliunde in tali transmutatione. sicut propter mo-  
tum localem vel rarefactionem vel condensationem vel  
diuisionem. licet non ratione figurationis. Secunda con-  
clusio qd̄ totalis sphaera elementi non determinat sibi aliquaz  
figuram naturaliter. probatur quia totum homogeneaz et  
quelibet eius pars separata sunt eiusdē rationis. et non dif-  
ferunt nisi secundum magnum et paruum. et ideo consimi-  
lis est motus et locus talis totius. et sue partis. et similiter  
consimilis figura. sed per precedentem conclusionem pars  
elementi non determinat sibi aliquam figuraz naturaliter.  
igitur nec totum. Secundo. si elementa totalia determi-  
narent sibi aliq̄ figuram naturalem. tunc sicut differēt spe-  
cie determinarent sibi figuraz distinctas specie. modo hoc  
est falsum. Nam omnia quasi sunt spherica: sed illaz non de-  
terminant sibi a natura. sed habent illam rationē continen-  
tis. consequentia probatur. Nam sicut videmus in anima-  
libus et alijs differentibus specie. qd̄ distincta specie si deter-  
minant sibi figuraz. determinant sibi figuraz distinctas spe-  
cie. Sed dubitatur primo de hoc qd̄ eadez est figura to-  
tius homogenei et sue partis. Nam aliqua particula aque  
transmutatur de vna figura in aliam. Et tamen tota sphaera  
aque manet consimilis figure. cuius fuit ante. Secundo  
dubitatur. contra conclusionem in se. nam terra vndique na-  
turaliter mouetur ad medium. ex hoc sequitur ipsam esse  
rotundam sicut dicebatur secundo huius. ideo ipsam esse  
rotundam videtur ei inesse naturaliter sicut inesse ei natura-  
liter vndiqz moueri ad medium. Ad quod sequitur ipsam  
esse vndiqz rotundam. Tertio ignis necessario est spheri-  
cus. nam aliter esset vacuum prope sphaeram lune igitur vi-  
detur qd̄ talem figuraz ignis sibi determinat et c. Ad ista  
respondetur. Ad primum. bene concedo qd̄ tota sphaera aque  
et vna pars aque quodammodo se habent aliter quantum  
ad figuram. Sed tamen hoc non est de per se. nec ratione  
forme substantialis aque. sed per accidens. et ex continen-  
te. et ratione motus. qz facile est vnā partem particulaz  
aque transmutare et mouere de continente in continens. et

non est ita de tota sphaera aque. tamen si sic fieret. nō propter hoc corrūperetur nec violentaretur. Ad secundam dico qd non sequitur si motus sit naturalis & ex motu sequit talis figuratio qd talis figuratio sit naturalis figuratio. Ad tertiam dico qd licet ignis sit necessario sphericus. non tamen naturaliter a forma sua. sed ab alio. s. a continente. s. a celo qd est sphericus.

**Ad rationes.** Ad primam ista bene probat figuratum. sed qd istam figuram per suam naturam sibi determinet hoc non concluditur. Ad secundam dico qd licet non sint nisi quinque corpora regularia s. m. speciem. non tamen oportet qd quodlibet corporum simplicium vnam illarum figurarum talis corporis sibi determinet. Nam si sic sicut arguit Aristoteli. oportet esse vacuum. quod natura abhorret. nec ratio ista est aliud qd quedam concordantia & persuasio secundum quas non est procedendum in naturalibus. sed magis ibi est procedendum s. m. experientias. Ad tertiam dico qd elementa ex sui natura non determinata sunt ad maximum vel ad minimum. Nam dicitur seundo de anima. qd ignis cresceret in infinitum si infinitam combustibile apponeretur. Sed si elementa determinata sunt ad maximum vel ad minimum. hoc non est eorum natura. sed magis a continente. Et iuxta hoc proportionaliter exponatur illud quod dictum est. omnium natura constantiam. &c. Ad quartam dico qd aqua habet figuram sphericam. hoc autem non est immediate a forma sua. sed quodam modo ex consequente. s. propter locum & distantiam eius a centro mundi sicut ostensam est secundo huius. Ad quintam de guttulis aque que sunt sphericæ. dico qd hoc non est a forma aque. sed magis propter fugam contrarij. nam illa est figura scilicet spherica in qua partes sunt magis vntæ & magis possunt resistere corruptenti. & ideo quodlibet quæ

tam potest tendit ad istam figuram nisi aliud impediatur. sicut gravitas vel durities. Et maxime quando est in parva quantitate. nec hoc solum conuenit aque. sed alijs liquidis. sicut patet de argento vivo. Ad sextam dico qd hoc non est. propter hoc qd ignis talem figuram sibi determinet. sed hoc magis est pp aerem circumstantem corruptentem illam flammam. & diminuentem quanto est remotius ab eius origine

Et sic cum de ista terminat questio. & per consequens tertius liber. sicut totalis liber. qui ut visum est. in tres partiales libros distributus est. cuius primi omnes questiones fundate sunt super textus primi libri Aristoteli. preter vltimam que fundata est super primo textu secundi libri de celo Aristoteli. Similiter questiones omnes secundi libri fundate sunt super textus secundi libri de celo Aristoteli. preter decimam quartam questionem que fundata est super octuage simum nonum in textum primi celi Aristoteli. Questiones autem huius tertij omnes sunt fundate super textu quarti libri de celo Aristoteli. preter quintam. duodecimam. & decimam tertiam. que fundata sunt super textus tertij libri de celo Aristoteli. ut patet.

Explicit questiones preclarissimi doctoris Alberti de Saxonis super quatuor libros de celo & mundo Aristoteli. diligenter emendate per eximium artium & medicine doctorem magistrum Hieronymum Sorianum Venetum filium domini magistri Jacobi Soriani physici instantissimi Impresse autem Venetijs per Odonem de Napiensem Anno salutis nostre. MD. CCC. CCXV. v. Idus Junij. Ducate in clyro principe Augustino Barbado.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Omnes sunt terni preter. i. qui est duernus,

# Tabula.

**Incipiunt tituli questionum primi libri.**

Utrum cuiuslibet corpori simplici in sit naturaliter tantum unus motus simplex.	Questio. 1.
Utrum in mundo sint quinque corpora simplicia distincta specie. scilicet quatuor elementa et quinta essentia.	2.
Utrum preter quinque dicta corpora simplicia sit ponendum sextum corpus simplex sine specie.	3.
Utrumque totalis mundus aggregatus ex dictis quinque corporibus simplicibus sit unum ens continuum.	4.
Utrum mundus sit perfectus.	5.
Utrumque possit esse aliquod corpus infinitum immobile.	6.
Utrumque possit esse aliquod corpus infinitum immobile circulariter.	7.
Utrumque possit esse aliquod corpus infinitum mobile motu recto.	8.
Utrum aliqua magnitudo sine corporalis sine linealis sine superficialis sit vel possit esse infinita.	9.
Utrum unum infinitum possit esse maius vel minus alio si eorum plura infinita. siue utrum unum infinitum sit comparabile alteri.	10.
Utrumque totalis mundus sit magnitudo finita vel infinita.	11.
Utrumque supposito quod essent plures mundi terra unius mundi moueretur ad medium alterius mundi.	12.
Utrumque sint vel possint esse plures mundi.	13.
Utrumque quilibet potentia actiua determinetur per maximum in quod potest agere.	14.
Utrumque quilibet potentia passiua terminetur per minimum a quo potest pati.	15.
Utrumque omne ens habeat potentiam respectu sue durationis per maximum tempus per quod potest durare.	16.
Utrumque omne corruptibile necessario corrumpatur.	17.
Utrumque aliquid de nouo genitum possit perpetuari. et aliquid quod eternum possit corrumpi.	18.
Utrumque generabile et corruptibile mutetur adinuenit.	19.
Utrumque mundus sit perpetuus.	20.

**Incipiunt tituli questionum secundi libri.**

Utrumque in celo sint sursum et deorsum. ante et retro. dextrum et sinistrum.	Questio. 1.
Utrumque in celo debeat summi sursum et deorsum sine polos.	2.
Utrumque polos arcticus sit deorsum et antarcticus sursum.	3.
Utrumque sursum deorsum etc. reperiantur in celo ex natura rei. vel solum in habitudine ad nos.	4.
Utrumque celum sit figure spherice.	5.
Utrumque sphaere celestes sint octo vel nouem vel plures vel pauciores.	6.
Utrumque ad saluandum ea que apparent ex motibus planetarum oporteat ponere orbem eccentricorum et epiciclos.	7.
Utrumque omne celum sit mobile.	8.
Utrumque celum moueatur cum fatigatione et pena.	9.
Utrumque ista consequentia sit bona. celum mouetur. ergo necesse est terram quiescere.	10.
Utrumque ista consequentia sit bona celum si mouetur. ergo necesse est ipsum moueri pluribus motibus.	11.

Utrumque ista sphaera sit bona. si necesse est esse generationes et corruptiones hic inferius necesse est plures motus celestes.	12.
Utrumque motus celi ab oriente in orientem sit regularis.	13.
Utrumque ois motus regularis sit velocior sine quibus in primo.	14.
Utrumque sphaere celestes planetarum pluribus moueantur motibus.	15.
Utrumque corpora celestia suis motibus consent sonum.	16.
Utrumque orbem inferiores planetarum velocibus moueantur motibus propriis quam orbem superiores.	17.
Utrumque sol et luna paucioribus moueantur motibus quam alij planete.	18.
Utrumque sphaera solis per suum motum magis calefaciat ista inferiora quam alij planete.	19.
Utrumque stelle moueantur per se vel solum ad motum sui orbis.	20.
Utrumque oia astra sint adinuenit eiusdem speciei spatiosissime.	21.
Utrumque omnia astra alia a sole. habeant lumen suum a sole vel a se.	22.
Utrumque omnia astra sint generatiua caliditatis per lumen in istis inferioribus.	23.
Utrumque macula illa apparens in luna causetur ex diversitate partium lune vel ab aliquo extrinseco.	24.
Utrumque terra sit in medio mundi sicut punctus respectu celi naturaliter situata.	25.
Utrumque terra in medio celi siue in medio mundi semper quiescat vel semper moueatur.	26.
Utrumque totalis terra sit spherica.	27.
Utrumque totalis terra sit habitabilis.	28.

**Incipiunt tituli questionum tertij libri.**

Utrumque aliquid elementum sit simpliciter graue et aliquid simpliciter leue. et aliquid in respectu.	Questio. 1.
Utrumque quodlibet corpus quod est alio grauius in aere sit eodem grauius in aqua.	2.
Utrumque aliquid elementum sit graue in suo loco proprio.	3.
Utrumque grauitas et leuitas sint forme substantiales grauium et leuium.	4.
Utrumque ex parte grauitatis et leuitatis concludi possit corpora non esse composita ex indiuisibilibus.	5.
Utrumque ex parte grauitatis et leuitatis concludi possit numerus quaternarius elementorum.	6.
Utrumque loca naturalia grauium et leuium sint cause suorum motuum.	7.
Utrumque graue vel leue moueatur naturaliter sursum vel deorsum a suo generante vel remouente prohibens.	8.
Utrumque grauium et leuium moueantur actiue a grauitate et leuitate.	9.
Utrumque forme sine quas sunt motus grauium et leuium sint naturaliter mobiles sine locum.	10.
Utrumque grauium appetat descendere per lineas breuissimas.	11.
Utrumque aer naturaliter moueatur in proiectione lapidis vel alterius proiecti in eo.	12.
Utrumque quatuor elementa determinent sibi figuras a natura.	13.

FJHJS

IN THE  
COURT OF  
COMMONS

OF THE  
STATE OF  
NEW YORK

# Table

*[The table content is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be a multi-column table with several rows of data.]*